VIRTVTVM VITIORVMQVE EXEMPLA, EX VNI-uersæ diuinę scripturę promptuario desumpta,

Per R. Patrem D. Nicolaum Hanapum, Patriarcham, olim Hierosolymitanum, iam primum typis excussa,

QVIBVS ACCESSIT TAM illustrium quam obscurorum virorum, mulierumq; , vtriusque testamenti Catalogus.

Matthæi VI.

Vbi Thesaurus tuus, vbi & cor tuum.



VENETIIS,
Apud Bernardum Iuntam,
MDCXX.

P. Erhard Camald in Insula Vigneri

EN damus tibi, candide lector, aureũ hunc libellũ multo emaculatius quam antea excusum: qui quam sit sacratum literarum studiosis futurus & cõmodus & utilis, non est ut in præsentiarum multis uerbis ineptientes indicemus (nõ opus est uino uendibili suspensa hedera,) ipse semet qualis sit facile proditurus est. Vale.

CATALOGVS

tam illustrium q̃ obscurorum Virorum mulierumque utriusq; Testamenti.

VIRI ILLVstres Veteres Testamenti.

Adam
Abel
Seth
Enos
Enoch
Noha
Thare
Abraham
Isaac
Iacob

Catalogus.

Iosep
Moseh
Aaron
Ietro
Eleàzar
Phinces
Iehosua
Caleb
Otthoniel
Aioth
Sangar
Gedeon
Thola
Iayr
Iepte
Abessan
Ahialon
Abdon
Sanson
Efron &c.
Helchana
Samuel
Nathan

Dauid
Salamon
Ahias
Hieu propheta
Helias
Micheas
Heliseus
Hieu rex
Ezechias
Iosias
Zorobabel
Iesus sacerdos
Esdras
Tobias
Mardochæus
Iob
Naaman
Esaias
Hieremias
Ezechiel
Prophetæ. 12
leconias.
Abdemelech

Mathathias	Dionysius
Eleazarus	Aquila
Septem fratres	Septē diacones
Baruch	Philippus
VIRI ILLV	Agabus
stres Testamen	Stephanus
ti Noui.	Ananias
Matthæus	Thimoteus
Ioseph	Titus
Iānes baptista	Ioseph
Marcus	Mathias
Zacharias	Ioses
Apostoli christi	VIRI OB-
Ioseph ab Ari-	scuri Veteris
mathia	Testamenti.
Ioan. apostolus	Cain
Lucas	Gigantes
Lazarus	Nimrod
Nicodemus	Cham
Paulus	Hismael
Gamaliel	Esau
Cornelius	Sichem
Apollo	Her

Abia
Nadab
Achab
Ochosias
Achas
Manasses
Ammon
Onan
Pharao
Adonisedech
Beniamitæ
Filij Heli
Filij Samuelis
Saul
Doech
Goliath
Agag
Nabal
Ioab
Baana
Rechab
Abschalon
Ammon

Semei
Achitopher
Siba.
Soboam
Hieroboam
Ioachim
Sedechias
Iudices susãnę
Sacerdotes Be
Phassut (lis
Semeias
Ismael
Aman (sor
Nabuchodono
Antiochus
Alchimus
Triphon
Andronicus
Giezi
VIRI OB-
scuri Testa-
menti noui.
Herodes

Iudas
Caiphas cũ ſuis
Pilatus
Bariehu
Simon
Alexander
Hymeneus
Iamnes
Iambres
Diotrephes
Demetrius
Ananias

ILLVSTRES mulieres Veteris Teſtamenti.

Heua
Sara
Rebecca
Rachel
Lya
Sephora
Maria
Delbora
Ruth
Rachab
Betſchaba
Suſanna
Iudith
Eſther
Anna Helcanæ
Abigail
Olda
Regina Saba
Sunamitis
Sara Raguelis

ILLVSTRES mulieres Teſtamenti Noui.

Maria mr̄ xp̄i
Eliſabeth
Anna ꝓphetiſſa
Martha
Magdalena
Samaritana
Syrophœniſſa
Lydia

Tabita

OBSCVRA. mulieres Veteris Testamenti

Dalida

Vxores Sansonis

Iezabel

Athalia

VxorPuthiphra ris

Moabitides

Vxores & concubinæ Salomonis.

Michol

Vxor Tobiæ

Vxor Iob

OBSCVRA mulieres Noui Testamenti.

Herodias

Saphyra

Bablyon meretrix magna fornicationum.

FINIS.

AD SACRARVM LI terarum ſtudium exhorta tio ex ſacris literis.

Chriſtus ad populum. Ioā.5
Scrutamini ſcripturas: quoniam illæ ſunt quæ teſtimonium per hibent de me.

Paulus Thimoteo.2.Tim.3.
Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docendū ad arguendum, ad corripiendū, ad erudēdū iniuſtitia, ut perfectus ſit homo dei, ad omne opus bonum inſtructus.

Idem ad Romanos. Rom.15
Quecunq; ſcripta, ſunt, ad noſtram doctrinā ſcripta ſunt ut ꝑ patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.

Salomon prouer.30.
Oīs ſermo dei ignit', clypeus ē ſꝑātib' i ſe Ne addas q̄cq̄ ꝑuerbis

lli',et arguaris,ĩueniariſq; mẽdax.

Moyſes populo. Deut.12.

Non facietis ſinguli quod uobis rectum uidetur,ſed quod pręcipio tibi hoc tãtum facito domino:/nec addas quicquam aut minuas.

Dominus ipſe Ioſue. Ioſue 1.

Non recedat uolumen legis huius ab ore tuo. ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus,ut cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo.Tunc diriges uiam tuam,& intelliges eam.Non declines a uerbis legis huius ad dexteram uel ad ſiniſtrã,ut intelligas cuncta quæ agis.

Idem populo. Exod. 13.

Narrabis filio tuo in die illo,dicens,Hoc eſt quod fecit mihi dominus quando egreſſus ſum de ægypto.Et erit quaſi ſignum in manu tua & quaſi monumentum ante oculos tuos,et ut lex dñi ſemper ſit in ore tuo, in manu enim forti

eduxit te dominus de Aegypto.

Moyses. Deut.31.

Leges uerba legis huius coram omnes israel, audiẽtibus eis, et in unũ omni populo cõgregato, tã uiris quã mulieribus, paruulis & aduenis qui sũt intra portas tuas ut audientes discãt, & timeãt dominum deum uestrum, & custodiãt, impleãtq; omnes sermones legis huius.

Esaiæ.48.

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocẽ tuã & annũcia populo meo scelera eorũ, et domui Iacob peccata eorum.

Ezechielis.13.

Ve prophetis insipiẽtibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil uident.

DE MIRACVLIS
Diuina potestate factis.
Caput Primum.

CREATIO RERVM fuit ita mirabilis, eius notitia, non nisi per reuelationē uenire potuit ad hominem.

Creg. super Eze. homil. 1 — Nam secundum Gregoriū, de præteritis, Moyses prophetauit, dicens.

In principio creauit Deus cœlū & terram, non quia prædixit uentura, sed quia prodidit occulta.

Tempore diluuij saluauit dominus Noe, cum uxore, & tribus filijs
Gen. 7. suis. & uxoribus eorum. tum etiam de cunctis animalibus masculū & fœminam fecit seruari per Arcā.

Præsumptione hominum tur-
Gen. 11. rim usque ad celum ædificare uolentium, repressit, Dominus, con-

fundendo linguas eorum.
Mirabiliter natus est Isaac, idem mirabiliter liberatus, qñ debuit immolari ariete iter uepres herente.

Quã multa fecerit dominus miracula per Moysem, cum eduxerit filios israel de Aegypto. patet. Gen. 12. 22.

Grande miraculum fuit, quod nunquã defuit columna nubis per diem nec colũna ignis per noctem, populo exeũti de Aegypto ad terram promissionis. Exod. 7. 8. 9. 10.

Memorandum & terribile miraculum fuit in diuisione & exiccatione maris rubri, quando transierunt filij israel sicco pede, Aegyptij uero in medijs fluctibus obuoluti. Exo. 13. Exo. 1.

Per lignum Moysis ostensum, dulcoratæ sunt aquæ. Exo. 15.

Misit dñs murmuranti populo coturnices, Et post ea pluit illis mã na ad manducandũ: & aqua de petra in abundantia ad bibendum. Exod. 16 17.

Nu. 11 16, 17. Murmurātibus, & desiderio carniū flagrātibus ī deserto filijs israel misit deus carnes in abundantia.

Occasione seditionis Chore [& complicium suorum, multa miracula contigerunt.

Nu. 21. Percussi filij israel a serpentibus igitis, & aspicientes serpentem æneum, curabantur.

Deu. 29 Adduxit dn̄s filios israel per desertum quadraginta annis, & non sunt attrita uestimenta eorum, nec calciamenta uetustate consumpta.

Nu. 22. Veniens Balaam ad maledicendum populo dei, redargutus[fuit ab asina, cui insidebat.

Iosue. 3 Ingressis filiis israel fluuiū iordanis, intumescebant aque superiores ad instar montis, inferiores in mare mortuum descenderunt.

Iosue. 7 Post septem circuitus filiorum israel muri Hiericho coruerunt.

Iosu. 10 Obediuit dn̄s uoto Iosue, dicen-

tis, Sol cõtra Gabaõe nõ mouearis.
Immisit dñs gladium in omni- Iudic. 7.
bus castris madian, & mutua se cæ
de truncabãt: sicq; per paucos mul
ti debellati fuerunt. 1. Re. 5.
Per arcã domini a Philistæis ca-
ptã multa fuerunt facta miracula.
Ionathas & armiger eius tot de 1. Re. 14.
Philistæis ꝑcusserunt. qđ factũ est
miraculum, & turbata sunt castra. 1. Re. 17
Magnũ fuit & hoc, Dauid. iuue-
nis ĩexꝑtus, inermis, ꝑualuit aduer
sus Philisteũ fortẽ, armatũ Goliath.
Helias legitur fecisse miracula
in petendo fieri siccitatem, ita qđ 3. Re. 18
non pluerit super terrã annos tres, 9.
menses sex. Corui quoq; detulerũt
ei panem & carnes bis in die.
Consequenter suscitauit filium
matris familias. Postea ignem ho-
locaustum mirabiliter consumen-
tem, a domino precibus impetra-
uit, Demum potest orationem eius

facta est pluuia grandis.
4.Re. 1. De hinc angelus domini panem & aquam ei ostendit. Item ad præces eius, duos quinquagenarios ignis de celo cõsumpsit: q̃nquagin ta uiros similiter cum unoquoq;.
4.Re. 2. Tandẽ diuisit pallio aquas iordanis & in curru igneo receptus est in cœlum.
4.Re. 4. Similia multa de Eliseo quoque. Eliseus mulieris uiduæ debitis obligatæ oleum augmentauit.

Idem mulierem Sunamitem filium habere fecit. Deinde eundem mortuum suscitauit.

Apposita farina in olla, prius amara olera dulcorauit. Et panes multiplicauit filijs prophetarum.
4.Re. 5. Sanauit idem a lepra Naaman Syrũ. Fecit super aquas natare ferrum. Absens tanq̃ præsens multa
4.Re. 6. cognouit. Currus igneos angelorũ a puero suo uideri fecit.

Exercitum regis Syriæ cæcitate percusſit. Idem multoties futura prædixit, ut patet. Cadauer hominis mortui tãgens oſſa Heliſæi, defunctus reſurrexit. 4.Re.6. 7.8.13. 4.Re.14

Obſidente rege Senacherib ciuitatem Lachis, percusſi fuerũt una nocte. 185000. tempore Ezechiæ. 4.Re.19

Congregati ſunt cõtra Ioſaphat filij Ammon & Moab, & de monte Seir, cum canerent laudes deo Leuitæ in exercitu Ioſaphat, aduerſarij in ſemetipſos uerſi, mutuis cõcidere uulneribus. 2.Pa.19.

Mirabile fuit ualde, quando ad petitionem Ezechiæ Sol retroceſſit, per decem lineas in horologio Achaz. 4.Re.20

Tobias quatuor annis fuit cæcus, & deinde iuxta conſilium angeli ad linitionem de felle piſcis lumen recepit. Tob.11

Memorandum fuit miraculum Dan.3.

de tribus socijs Danielis, de forna
Dan. 14. ce ignis ardentis, tam magnifice li
beratis. Tum etiam & quod Da-
niel ipse cum leonibus septem die-
bus remansit illæsus.

Ione. 1. 2 Occasione Ione, mare fuit com-
motum, quo proiecto piscis eum
glutiuit, & per triduum ibi uixit,
& postea sanus exiuit.

Expertus est Heliodorus diuinã
2. Mac. 3 uirtutem quando uoluit spoliare
templum, fuitq; a duobus iuueni-
bus grauissime uerberatus.

Aduersus Galatas ĩ Babylonia
2. Mac. 8 6000 hominũ perimerunt. 12000
hominum, propter auxilium illis
e cœlo datum.

Angelus domini apparuit Za-
chariæ, nuncians q; ex parte Dei,
Luc. 1. quod uxor eius Helisabeth sterilis
& anus pareret ei filiũ, qui ĩcredu-
lus ad uerbũ angeli, mutus effect9
est, usq; ad circũcisionem pueri, &

tunc loquela restituta est ei. Luc. 1.

Mirum, dulce, & piũ ualde fuit, qñ ad salutationem beatæ Mariæ, quæ nouiter conceperat saluatorẽ, Ioannes in utero matris existens, exultauit, beataq; Helisabeth hoc cognoscens, exultauit dicens, Benedicta tu in mulieribus, &c.

Idem & qđ Magi uenerunt ab oriente, stella duce, Hierosolymã. Mat. 2.

Vocat⁹ ad nuptias dñs Iesus, initio signorũ, aquam in uinũ uertit. Ioan. 2.

Non fuit paruũ dñi miraculũ, qñ illi de Nazareth ira repleti, duxerũt eum ad supercilium montis, ut præcipitarent eum, ipse autẽ transiens per medium illorum ibat. Luc. 4.

Circũibat Iesus, obtuleruntq; ei oẽs male habentes & curauit eos. Mat. 4 Luc. 4. 6

Miracula christi

Quantum ad miracula, quæ Saluator noster cum hoibus conuersatus, dignatus est operari, ex euãgelica colligitur historia. Quia ipse Matt. 9. Marc. 5. Luc. 8.

tres mortuos suscitauit, uidelicet,
filiam Archisynagogi, filium ui-
Ioan. 11 duæ extra portam ciuitatis delatũ
Leprosi tertium Lazarum. Deinde lepro-
sos undecĩ. De uno Matt. 8. Luc. 5.
De aliis decẽ simul mũdatis Lu. 17

Postea sex cæcos legitur illumi-
nasse. De duobus simul Matthæi.
9. De aliis duobus Matthæi. 20. De
Cæci. uno alio Marci. 8. ueniunt Bethsai
da, &c. De cæco nato Ioannis. 9

Dæmo- Dæmoniacos autem septẽ spe-
niaci. cialiter liberauit. De duobus Mat
thæi. 8. quorum unus, qui erat fa-
mosior, & nomen sibi Legionem
esse dicebat. Tangitur id & Lucæ
8. De uno alio, qui erat cæcus &
mutus, Matthæi. 12. De quodã Lu
natico, qui nõ poterat liberari, nisi
ieiunio & oratione, Matthæi. 17.
Marci. 9. Et de quodam spiritu im
mũdo ab homine, in synagoga iu-
dæorum eiecto, tangitur Marci. 1.

Lucæ.4. Et de filia mulieris Cha- Mat.11.
nanææ ad instantiã matris sanata.
Tum & secundum literam nar-
ratur Lucæ,8. eiecisse septem dæ-
monia de Maria. Et hoc ipsum di-
citur Marci.16.
Cum socrus Simonis teneretur Matt. 8.
magnis febrib⁹, ĩperauit Iesus febri Luc.4.
& cõtinuo surgẽs, ministrabit eis. Mat. 9
Paralyticum per tegulas & te- Luc.5.
ctum demissum sanauit. Luc.14.
Hydropicum quoq;, dum sab-
bato in domo pharisæi comede-
ret, incuruatamq; mulierẽ nec sur-
sum respicere ualentem erexit.
Hominem manum aridam ha- Mat. 12
bentem, extendere fecit.
Sanauit quoq; uerbo seruũ Cen Marc.3.
turionis, qui iacebat paralyticus. Matt. 8.
Item surdum fecit audire, & mu Marc.7.
tum loqui. Ioan.4.
Filium reguli de Capernaũ, in-
cipientem mori, ad uitam reduxit.

Fluxũ ſanguis ĩ muliere hęmor-
Matt. 9. rhoiſſa ceſſare fecit tactu fimbriæ.
Marc. 5. Tempeſtate ualida in mari, ipſo
Matt. 8. dormiente cõmota, ĩperauit uẽtis,
Marc. 5. ſtatimq; uenti & mare obediũt ei.

Ambulauit diſcipulis admiran-
Luc. 8. tibus ſupra mare, & Petrũ ambula
Mat. 14. re fecit ſuper eodem, & incipiente
mergi, manu extenſa, ſaluauit.

Pulchrũ miraculũ oñdit illis tri
Marc. 9. bus diſcipulis ĩ ſua trãsfiguratiõe.
Luc. 9. Itẽ de q̃nq; panibus & duobus
Mat. 14. piſcibus q̃nq; milia hoĩm ſatiauit,
Marc. 6. & ſublati fuerũt duodecĩ cophini.
Luc. 9. Quatuor milia hoĩm alia uice re
Ioan. 6. fecti de ſeptẽ panibus & paucis pi
Mat. 15. ſciculis, ſup fuerunt ſeptem ſportę.

Idem ficũ habentẽ folia ſine fru
Marc. 8. ctu maledixit, & continuo aruit.
Mat. 21. Auriculam per Petrũ ſeruo prin
Marc. 8. cipis amputatã, benigne reſtituit,
Ioan. 18 & Petrum ſuper hoc increpauit.
Mat. 28. Cum autem Saluator penderet

in cruce, a sexta hora diei usq; ad horam nonā tenebræ factæ sunt p̱ uniuersam terrā, Luna existēte 15, & in parte cœli opposita, quod Sol per illam Lunam nullatenus poterat eclypsari. Et uelum templi scissum est, & monumenta aperta.

Resurgente Dño, terremotus factus est magnus. Angelus dñi descendit de cœlo & accedens, reuoluit lapidem &c. Præ timore autē exterriti sunt custodes. Deinde apparuit discipulis ianuis clausis. Eodem. Ioan. 20.

Et ad mare Tyberiadis, ubi ad præceptum eius mittentes rete in mare, ipletū est magnis piscibus, centū quinquaginta tribus, & cū tanti essent, non est scissum rete. Ioan. 21.

Tandē quadraginta dies post resurrectionē suam, apparens discipulis & eos increpans & instruens: uidentibus illis, atque admirantibus illis, eleuatus est in cœlum, & Luc. 22. Act. 1.

nubes suscepit eum ab oculis eoꝝ.
Ioan.2 0. Prædicta miracula in speciali tã guntur:alia uero plurima fuisse facta in generali leguntur, sicut apparet in diuersis locis, in Mat. Marc. Luc. Vnde Ioan. Multa quidẽ alia signa fecit Iesus q̃ si scriberẽtur, totus mundus nõ caperet libros &c.

Act.2. Miro modo fuit magnum miraculum de effusione spiritussancti super discipulos in die Penthecostes, unde fuerunt ita roborati, cõsolidati & illustrati.

Act.3. Videns Petrus hominẽ claudũ iuxta portã speciosam templi, In nomine Iesu, dixit, Surge, & ambula, & apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum & consolidatæ sunt bases eius & plantæ.

Act.7. Princeps sacerdotum, & qui cũ illo erant iniecerunt manus in apostolos, posueruntq; eos in custodia publica, Angelus autem domini ꝑ

n octem eduxit & carcerē reclusit. Eodem.

In plateis ponebant infirmos in lectis & grabbatis, ut ueniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quēquā illorum. Concurrebat autem multitudo uicinarum ciuitatum & sanabat omnes.

Prædicante Philippo in Samaria, multi qui habebant spūs imundos clamantes exibant: multi etiā paralytici & claudi curati sunt. Act. 8.

Aeneam paralyticum ab annis septem iacentem in grabbato Petrus sanauit dicendo, Aenea, sanet te dominus Iesus. Act. 9.

Eiectis omnibus foras Petrus ponens genua orauit, & conuersus ad corpus Thabitæ mortuum, dixit, Thabita surge. At illa aperuit oculos, & uiso Petro resedit. Act. 9.

Mirabile & amabile factū fuit, quod Saulus dum iret Damascū, ad capiendum Christi discipulos, Act. 9.

cœlesti lumine circũfultus, in terram ꝓstratus est, sed interius illustratus, quãuis extra occæcatus.

Act. 12. Petrum incarceratũ, catenis duabus uinctum & sedecim militibus diligentissime custoditũ, angelus domini solutum eduxit, & porta ferrea ultro aperta est eis.

Act. 13. Elymam magũ, pseudoprophetam iudęum, Paulus priuauit lumine oculorum, eo quod ipse proconsulẽ Paulũ a fide auertebat, & apl'is uerbũ dei p̃dicantibus resistebat.

Act. 14. Ciuitate Lystris erat quidã uir claudus ex utero matris suæ, q̃ nunquã ãbulauerat quẽ intuẽs Paulus dixit uoce magna, Surge sup pedes tuos rect⁹. Et exiliuit, & ãbulauit.

Act. 16. Quædã puella hñs spm̃ Phytonẽ, magnum quæstũ p̃stabat dñis suis diuinando. Hæc sequebat̃ Paulum & Lucã, clamans, & dicens, Isti hoĩes serui dei excelsi sũt. Pau

lus ãt dixit ſpũi, Pręcipio tibi noĩe
Ieſu exire ab ea. Et exiuit eadẽ hora

Cum eſſent Paulus & Silas in Eodem.
carcere laudantes dñm, ſubito ter-
ræmotus factus eſt magnus, ita ut
mouerentur fundamenta carceris:
& ſtatim aperta ſunt oſtia omnia,
& uniuerſorũ uincula ſoluta ſunt.

Virtutes non modicas faciebat Act. 19.
Deus per manus Pauli, ita ut etiã
ſuper languidos deferrentur a cor-
pore eius ſudaria, uel ſemicincta: et
recedebant ab eis languores, & ſpi
ritus nequam egrediebantur.

Quidam iudæi tentauerunt in- Eodem
uocare ſuper eos, qui habebant ſpi
ritus malos, nomen Domini Ieſu
Chriſti, dicẽtes: Adiuro uos per Ie-
ſum, quẽ Paul' ꝑdicat. Rñdẽs ſpũs
dixit, Ieſum noui, & Paulũ ſcio, uos
aũt qui eſtis? Et inſiliẽs hõ in quo
erat dæmonium, dñatus eſt eorum
ita, ut nudi & uulnerati effugerẽt.

Act. 20. Vna Sabbati Paulus disputans protraxit sermonem usq; ad mediã noctem. Sedens aũt quidam adolescens super fenestrã, cum urgeretur somno graui, cecidit de cœnaculo tertio deorsum, & sublatus est mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum. Adduxerunt autem puerum uiuentẽ, & consolati sunt nimis.

Act. 28. Tempore hyemali cũ euasissent Paulus & socij eius de cõfracta naui, & calefacerent se ad ignem, uipera a calore ꝓcedens inuasit manum Pauli, quam ille excutiens in ignem, nihil mali passus fuit, cum tamẽ crederetur ab hominibus regionis illius, ilico moriturus. Patrem Publij febribus, & dysenteria laborantem Paulus facta oratiõe, & manuum impositione sanauit.

Eodem. Quo facto omnes qui in insula illa habebant infirmitates, accedebant

& cura bantur.

De prouidentia dei & occultis eius iudicijs. Cap. II.

SCiebat dominus hominẽ peccaturũ, & tamen ipsum peccabilem fecit, cũ impeccabilẽ facere potuisset. Sed sciebat quantũ bonũ occasiõe illi⁹ culpę elici debuisset. Gen. 2.

Filij Iacob undecim, frẽm Ioeph extiguere decreuerũt, sed deo dispo nẽte ipm sup seipsos exaltauerunt. Gen. 38 & 41.

Mirante Ioseph & causam igno rante, Iacob in filiorum benedictione eius, super Ephraim posuit manum dextram, super Manassem sinistram. Gen. 48.

Postquam Moyses percusserat Aegyptiũ & offenderat corripiendo quendam iudæum, fugit a facie Pharaonis, & exulauit in terra Madian multis annis, ita quod uidebatur ne de cætero auderet cõparere in terra Aegypti. Et tandem ibi Exo. 2. 3

pascēdo oues soceri sui, habuit maiores occasiões uacādi deo, & uidit uisionē illā grandē, ac missus fuit a deo ad filios israel, & ad Pharaonē.

Exo. 5.6 Sciebat dñs Pharaonē nō obediturum mādatis suis, & tamen ipm per Moysen faciebat requiri.

Exod. 1. Anteq̄ educeret dñs filios israel, in ægypto, lōgo tpe, & multoties eos affligi & flagellari permisit.

Exod. 7. Magi & malefici Pharaonis deo permittēte fecerūt signa i ægypto, sicut moyses, quo ad plura.

Exod. 9. Permittit dñs reprobos indurari & electos affligi, ut supra eos aliqua miraculosa operetur, & ide cognoscatur amplius, & laudetur.

Nu. 14. Toties promisit dñs filijs israel terram illam lacte & melle manantem, & tñ duo tantū de illis, qui uiginti annos habebāt Caleph & Iosue, ad illā peruenerunt, reliq uero non, sed tantum paruuli eorum.

Moyſes qui toties populum pec- Nu. 20.
cantem reconciliauit deo, peccauit
ſemel ad aquas contradictionis, et
non obtinuit pro ſeipſo, ut intraret
terram promisſionis.

Hoc ipſo, quod filij iſrael ꝓpter Ioſue. 2.
peccata ſupermāſerunt quadragin-
ta annis in deſerto & amplius, ma-
gnificatus eſt deus qui eos tandiu
pauit, & eorum ueſtimenta a con-
ſumptione ſeruauit, & tandem eos
in terram promisſionis miſerabi-
liter introduxit.

De gentibus qui habitabant in Ioſue. 11
terra promisſionis dicitur: Domi-
ni ſententia fuerat, ut indurarentur
corda eorū, & pugnarent cōtra iſ-
rael & caderent, & non mererētur
ullam clementiam & perirent.

Poſtquā Gedeon iā mirabilē ui-
ctoriā de inimicis habuerat, et dña Iudic. 8.
ri populo recuſauerat, fecit Ephot,
qđ factū eſt ei et domui eiꝰ ĩ ruinā.

Iudic.10 Iratus dñs filijs israel ꝓpter pec-
cata eorũ, dixit eis, Non addam, ut
ultra uos liberem : ite & inuocate
deos, quos elegistis, Dixerũtq; ad
dominũ, Peccauimus. Et sequitur.
Quod doluit super miserijs eorum.

Iudic.16 Sanson, angelo nũciante, de steri
li matre cõceptus, postea fuit plu-
ries per mulierẽ deceptus, & ad ul
timum ruina domus depressus.

Iudic.20 Filij israel cõtra filios Beniamin
de consilio & uoluntate dñi præ-
liantes, bis debellati fuerunt, sed il-
los postea pene penitus deleuerũt.

2.Reg.6 Permisit deus arcã capi ab incir
cuncisis, ubi multa miracula fecit.
Et cũ reduceretur, Bethsamitæ cũ
gaudio receperũt eã. Quia uero ui-
derũt eã, ꝑcussit dñs septuagita ui-
ros de prĩcipib⁹, & .50000. plebis.

1.Re.15. Saule melior nõ erat in populo,
quãdo fuit a dño signãter electus:
& tamen cito post peccatũ, & fuit
a deo

occultis eius iudicijs
a deo proiectu.

Dauid erat minimus ĩter fratres,
& quasi nullius reputationis inter 1.Re.16
eos. Vnde quando uocati fuerunt fi
lij Isai, iste neglectus uel cõtemptus
fuit, tamen per illum dominus to-
tum populum gubernauit, & totã
illius progeniem sublimauit.

Satis est mirabile, quãdo Samuel
propheta a muliere phytonissa legi
tur suscitatus. Augustinus libro de
do. Christ. dicit, Quod fuit imago 1.Re.28
Samuelis, non ipse propheta uel ani
ma eius: apparuerit uero arte dæmo
num sacrilega.

Notandum, quam expresse locu- 2.Reg.7
tus est deus ad Nathan de bonitate 4.&.12.
Dauid, & filij eius, qui ædificaturus
erat templum, & tamẽ ambo in pec
catum tam turpiter corruerunt.

Moriturus. Dauid ordinationem 1.Reg.2
fecit satis mirabilem, sed quia scrip-
tura ita commendat eum, supponen

dum est: quod licet crudelis in parte fuerit, non tamen iniusta ratione fecisse, aut factum fuisse.

Salomoni dedit dominus tantã prosperitatem & pacem, quod non erat Sathan in occursum. Sapientiã
3. Re. 11 quoque & gloriam præcunctis reg
bus, & tãdem permittit eum dominus infatuari, deprauari, & ei multiplices aduersarios suscitari.

Præcepto dñi p Esaiã prophetã,
Eodem. præfectus est Hieroboam super decem tribus, qui tamen populum ad idololatriam malitiose induxit.

Occidit leo uirũ dei, qui prædixit Hieroboam destructionem alta
3. Re. 13 ris, & de carnibus ipsius mortui nõ comedit.

Cum esset Achab sceleratissimus & audiret pœnam sibi pro cirmini
3. Re. 22 bus infligendam, cœpit exterius humiliari, & dominus pœnam infligere prorogauit.

Terribile fuit, quod duos princi- 4.Reg.1
pes quinquagenarios, cum .50. uiris
fecit Helias igne descendente desu-
per subito deuorari.

Iehu rex Israel maximo zelo per- 4.Re.10
secutus est Baal cultores, ita qd do-
minus ipsius opera cõmendauit, &
tamen ab idololatria uitulorum Ie-
roboam, non recessit.

Manasses rex in Hierusalẽ terribi
lia facinora ꝑpetrauit, postea cate- 2Par.33
nis uinctus, & in Babylonẽ ductus,
pœnitentiam agens orauit dominũ,
& exauditus fuit.

Iosias rex Iuda cũ sanctissimã ui
tã duxisset, tandem perrexit ut dimi
caret cõtra Necho regem Aegypti, 2Par.35
dicentem ei, Desine aduersus dñm
facere, qui mecũ est, ne ĩterficiat te.
Non acquieuit sermouibus Necho
ex ore dei, et male successit ei, sagit-
tis fixus periit.

Ciuitatẽ sanctã, electam, speciali

ter dilectam, peculiarē populū, quē de Aegypto mirabiliter eduxerat per desertum, in terram promissionis introduxerat, permisit deus per Chaldæos & Assyrios deuastari & mirabiliter captiuari, uidebaturq; quod de illis penitus non curaret: dicitur autem Tob. 13.

Tob. 13. Confitemini dño filij Israel, qm̄ ideo dispersit uos inter gentes quæ ignorant deum, ut enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia nō est alius deus præter eum.

Tob. 2. Tobias post tā pia opera misericordiæ, quibus solicitus erat, excæcatus est, cuius cām nō intelligētes amici eius scandalizati, īsultabāt ei.

Iudi. 2. 3 Satis mirabile potuit reputari, quare tot regna ꝑmisit deus ab Holoferne nequissimo subiugari.

Esth. 3. Itē de Aman q fuit sūpbissimus & crudelissimus, et tñ fuit post regē super cunctos principes exaltatus.

Mirabantur & scandalizabãtur amici Iob super eum, quod uidebãt tam grauibus flagellis afflictum. Iob.1.2

Diuina iustitia punit interdum malos hoĩes per peiores, sicut filios Israel & iuda per Nabuchodonosor & Chaldæos. Vnde Esa.10. Væ Assur uirga furoris mei, &c. Nõ solum super populum fidelem & bonũ instituit dominus principẽ: uel prælatum, uerum etiam super omnes. Nõ enim est potestas nisi a deo. Esa.10, Ro.15.

Præcepit dñs Ionę, ut prędicaret. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur: Et tamẽ sciebat dñs Niniuitas pœnitentiam acturos, & nõ taliter puniendos. Ionæ.3.

Permisit dñs ut Antiochus prophanaret illud uenerabile tẽplũ, & succẽderet ciuitatem sanctã, & faceret ibi innumeras cædes innocentũ. 1.Mac.1

Tempore Antiochi Epiphanius, qui templum Hierusalẽ destruxit, 2Mac.6

prophanauit, multos Iudæos torsit crudeliter, & occidit. poterat uideri multis, quod magna confusio erat & deordinatio in regimine uniuersi. ueruntamen ex illis malis elicuit dominus malorum punitionē, quorundam correptionem. multorum etiam interfectorum uirtutes & merita fuerūt multipliciter augmētata.

Obsecro autem eos qui hoc au-
1. Ma. 9 diunt, Quomodo Iudas Machabæus, Ionathas, & Simon fratres eius fuerint uiri quo ad deum & homines fidelissimi & strenuissimi, & tamen satis miserabiliter mortui. Nā
1. Ma. 12 Iudas in bello contra Baccidem cecidit: Ionathan uero cum duobus
2. Ma. 15 filijs Tryphon occidit: Simonem autem & duos filios eius Ptolemæus filius Saboldi inebriatos proditorie iugulauit.

2. Ma. 6. & 7. Mirum fuisse uidetur, quod Eleazarus uir ætate prouectus, & illi

septem fratres tam crudelia susti-
nuerunt pro diuina lege tormenta,
nec tamen deus ibi aliquam uindi-
ctam in tyrannos ostendit.

Voluit dominus, puer existens, Mat. 2.
in Aegyptum deferri a facie Hero-
dis: & permisit loco sui, & innocen
tes occidi. Sed in hoc ipsis infanti-
bus melius prouidit. Nunquã enim
tantũ bonum prouenisset ĳs, si He-
rodes eos honorare curasset, quan-
tum prouenit eis ex hoc, quod eos
occidi mandauit.

Audita fide Ceturionis miratus Mat. 8.
est dominus, & sequentibus se di-
xit, Multi uenient ab oriente & oc
cidente, & recumbent cum Abra-
ham, Isaac & Iacob, in regno cœ-
lorum, filĳ autem regni huius eĳ-
cientur foras in tenebras exterio-
res.

Quidã scriba obtulit ad sequen- Luc. 9.
dum dominũ, & non fuit admissus,

Mat. 8. Alium uero inuitauit ad sequendũ, qui non uoluntarius uidebatur, unde dixit, Permitte me sepelire patrẽ meum.

Mat. 11. Fecit dñs uirtutes in Chorozain & Bethsaida ubi parum profuit: & non fecit in Tyro & Sidone, ubi si fecisset, multum profuisset.

Mar. 6. Permisit deus Ioãnem Baptistã, exemplar totius sanctitatis, ab Herode uilissimo adultero decollari. Stuporem autem auget, quia hoc factum fuit ad instantiam meretricis, nec aliqua uindicta legitur in Euangelio subsecuta, non in puellam, nõ in adulteram, nec in ipso Herode Tetrarcha.

Act. 13. In dñica passione p sceleratissimũ hoĩum inquietatẽ, ĩpleuit deus circa redẽptionẽ hũani gñis suã benignissimã uolũtatem, unde dixit Paulus. Quia pnunciauit p os oĩum ppheta rũ, pati xpm suũ sic impleuit &c.

Petrus princeps apoſtolorum & Ioan.18
caput eccleſiæ, ipſo permittente, ter
Chriſtum negauit.

Thomas, qui tam confidenter di Ioan.11.
xerat, eamus & nos & moriamur
cũ eo, de reſurrectione dñica dubita
uit, ex qbus ſecutũ ẽ qđ Petrus fuit
mitior erga peccatores, & fuerũt in
fide ſolidati fideles, uel in fide trepi
dantes. Habet etiã ex hoc qđ nullos
debet de ſua firmitate pręſumere. Et
quod, ſiue quis ceciderit a fide, ſiue
dubitauerit, nõ debet de dei miſeri-
cordia, & cõſequenda uenia deſpera
re. Ex hoc quod Iudas Apoſtolus et
diſpenſator domini in enorme pec-
catum cecidit nec reſurrexit, retun-
ditur oĩs præſumptuoſa ſecuritas,
qua nullus pro ſtatu quẽ habeat, uel
pro actu quem faciat, debet altũ ſa-
pere, ſed timere. Quoniam Apoſto-
li duces fidelis populi fuerunt, tamẽ
in carcere cum diligentia cuſtoditi.

Poterat uideri aliquibus īfirmis,
Act.4. quod deus tēpore nouellę fidei: non debebat talia permisisse, sed ex hoc ipso fideles fuerunt mirabiliter consolati, & aduersarij fidei confutati. Simile accidit de solo Petro quan-
Act.12. do fuit ab Herode captus: et incarceratus & per Angelum miraculose eductus.

Act.7. Magna fuit iniquitas Stephanū lapidare, & tamen inde multa bona superna prouidente clementia, prouenerunt, Nam ipse fuit in cœlo gloriose coronatus, in terra abundātius honoratus: oratio autē sua quā ibi fecit, nobis Paulum acquisiuit, omnibus posteris reliquit miræ patientiæ & charitatis exemplum.

Act.8. Lapidato Stephano, facta est magna persecutio in ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & oēs dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos ita quod uideba-

tur ad cultū christianæ religionis in gerere detrimētū, sed dispersi discipuli euāgelizabāt uerbū dei, ita qđ hoc ipso ecclia fuit amplius dilatata.

Prædicātibus Paulo & barnaba Act. 13. iudęis, & illis repellētibus uerbum dei: assumpserunt ipsi occasionem gentibus prædicandi.

Facta ē dissensio iter Paulū et Bar Act. 15. nabā pp Ioannē Marcū, quē Paulus nolebat recipere, eo qđ defecisset ab eis. Barnabas aūt uolebat illū secū assumere, ita quod ab inuicem decesserunt, ex quo uidebatur scandalum debere sequi. Sed dispōnēte deo magnus secutus est fructus, quia pluribus prædicatū est uerbū dei.

Grandia facinora comittebant illi qui egregium doctorem Paulum incarcerabāt, & a prædicatione ipsum cessare cogebant. poterat etiā multis uideri, quod hoc magnum inconueniens erat, & quod

Deus hoc permittere non debebat.
Et tamen notãdum eſt ualde, quod
ex tantis impedimentis, & damnis
diuina prouidentia multas utilita-
tes oſtẽdit & effecit. Nam inde meri
tum Pauli creuit, ſic etiã maiora uir
tutũ exempla reliquit, & melius do
cuit per opera: quã prius feciſſet per
uerba. Puta, in carcerẽ poſitus ſcri-
pſit abſentibus & remotis, nec tan-
tum profuit Eccleſiæ prædicando,
quãtum profuit epiſtolas tranſmit
tendo. Vnde ſi in una ciuitate, uel
prouincia fuiſſet ab omnibus hono
ratus, & libenter auditus, non ha-
buiſſet occaſiones ad diuerſos popu
los tranſeundi, quando ergo perſe-
quebantur eum Iudæi: uel quicun-
que alij, de ciuitate in ciuitatem uer
bum dei pluribus prædicabat. Quã
do in carcere tenebatur, epiſtolas fa
ciebat. Quãdo reſiſtebant ei Iudæi,
ad gentes conuertebãt. Vt Acto. 13

Quomodo repellis &c. ecce conuer Actu.13
timur ad gentes.
Rursus etiam, quia in Syria Feli- Acto.25
cem & Festum iudices habuit ini-
quos, compulsus est Cæsarem ap-
pellare, sicq; Romam uenit, quã sua
prædicatione, & doctrina salubriter
illustrauit & passione feliciter deco
rauit.

De Benignitate dei ad seruos suos. Caput. III.

ABraham loquens cũ domino, et Gen.18.
petens ut parceret Sodomitis,
mira fiducia utebatur, & uisus fuis-
set apud homines importunus, sed
dominus ei semper benigne respon
dit, & quod petebat concessit.
Fugienti Iacob iram fratris, do- Gen.31.
minus clementer apparuit, & tunc &.33.
ipsum redeuntem ad fratrem suum,
ab insecutione soceri sui liberauit.
Magna fiducia usus est Iacob Gen.32
orando dominum dicens, Non di-

mittam te, nisi benedixeris mihi.

Ait dominus ad Moysen, Cerno
Exo. 32 quod populus iste duræ ceruicis sit
dimitte me ut irascatur furor meus,
contra eos. Quasi diceret, tu me te-
nes, nec possum hos peccatores con
terere, nisi dimittas me.

Loquebatur dominus ad Moy-
Exo. 33 sen, sicut loqui solet homo ad amicũ
Nu. 12. suum, ipsumq; ab æmulis suis & de
&. 15 tractoribus defendebat.

Iosu. 10 Obediuit dominus uoci Iosue di
centi, Sol contra Gabaon non mo-
uearis.

Balach uocauit Balaam, ut male-
diceret filijs Israel, sed dominus ecõ
Nu. 22 trario per illum benedixit eis, ut re
citatur Iosue. 24.

Gedeon a domino bis petijt si-
Iudic. 6 gnum in uellere utrum deberet ui-
ctoriam de hostibus obtinere.

1. Reg. 8 Mirum fuisse dicitur de hoc qđ
dominus non fuit indignatus in ab

iectione sui, sed contemptu seruorum dei, ipse reputauit se cõtemni, ut patet in Samuele, non te abiecerunt, sed me dicit dominus.

Nota etiam quam pie locutus sit dominus ad Nathã de Dauid & domo eius in futurum. 2.Re.7.

Quanuis posteri Dauid multipliciter: & grauiter peccauerunr, tamẽ opera eius bona frequenter memorantur, & propter illa multoties pepercit dominus peccatis illorum. 3.Re.12

Ex præcepto domini corui deferebant panẽ & carnes Heliæ & postea angelus dñi panem & aquam eidem ostendit. 3.Re.17. &.19.

Ezechia rex Iuda dixit, dñs bon' ꝑpitiabit̃ cũctis, qui ĩ toto corde requirunt dñm, & non imputabit eis quod minus sanctificati sunt. 2.Pa.30

Misit dominus angelũ suum, qui Tobiã iuniorẽ duxit & reduxit, dæmoniũ ab eius uxore cõpescuit, gau Tob5.

dium parentibus eius fecit, seniorē Tobiam a cæcitate curauit, & totam domum eius omnibus bonis repleuit.

Hier.7. Videbatur quasi Dominus timere offensam Hieremiæ, cū uellet populum ꝓpter peccata sua omnino delere, dicebat enim cap.7. Proĳciā uos a facie mea &c. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & nō obsistas mihi quoniam non exaudiam te.

Dan.3. Planū est q̄d deus est cū seruis suis in tribulatione, Vnde Nabuchodonosor uidit cū Azaria & socĳs suis, similē filio dei ī fornace cādenti.

Dan.14. Cum Daniel esset in Babylone in lacu leonum misit ei de longinquo, scilicet de Iudea prandium per Habacuc prophetam.

Dan.13 Exaudiuit dominus uocem Susannæ, & q̄a ꝑ impudicos senes pre-

sbyteros iniuste fuerat condemnata, per continentem puerum, fuit iusto iudicio liberata.

Prȩparauit dominus piscem grandem ut deglutiret Ionā, qui tamen propter inobedientiam uidebatur iuste meruisse pœnam. Ionæ.2.

Machabæus, & qui cum eo erāt, pugnantes contra Timotheum, habuerunt manifeste de cœlo auxiliū, apparuerunt enim uiri quinque in equis &c. posteo uero alia uice euntes ad prælium contra Lysiam, apparuit præcedens eos eques in ueste candida, & armis aureis hastam uibrans. 2.Mach. 10.&.12

Mira erat benignitas in Saluatore, circuibat sanans omnem languorem, et omnem infirmitatem: qui nisi fecisset, multi infirmi accedere ad eum non potuissent. Mar.4. Lucæ.8.

Leproso dicēti, Domine, si uis, potes me mundare: pie respondit & be Mat.8.

nigne fecit. extēdens enim Iesus ma
num tetigit dicens, uolo, mundare:
Sacerdotes autem huiusmodi homi
nes habebant horrori.

Mat. 9. Statum post uocationem Mat-
thæi discubuit dn̄s in domo eius.

Mar. 5. Cum secessisset dominus in deser
tum, uidit turbam multam, & mi-
sertus est eius, & curauit languidos
eorum, uespere autem facto, dixe-
runt Discipuli, Dimitte turbam:
Iesus autem, tanquam liberalissi-
mus, ait illis Date eis uos mandu-
care.

Mat. 14. Petrus incipiens mergi, clama-
uit dicens, Domine saluum me fac,
& continuo Iesus extendens manū
apprehendit eum.

Luc. 7. 19 Mariam Magdalenam pie defen
dit dominus contra pharisæum, m a
le de ea cogitantem, & contra so-
Mar 14 rorem propriam de illa conqueren-
tem; Item & contra discpulos pro-

pter effusionem unguenti in eam frementes.

Ineffabilis pietas dei multū osten ditur, in exemplo de filio prodigo, ubi dicitur, Cum adhuc longe esset filius, uidit illum pater suus, & misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Idem petebat fieri sicut unus de mercenarijs, pater interupit uerba, & recepit eum in filium. Luc. 15

De facili dominus recipit illos quos mundus eijcit, unde cæcus ille natus, a domino illuminatus postquam fuit a synagoga eiectus, statim a domino receptus est. Ioan. 9.

Mira fuit Christi benignitas, quando ad domum publicani Zachæi, qui eum uidere cupiebat seipsum inuitauit, & eiusdem domui benedixit. Luc. 19.

Ioan.13. Cũ protulisset Dominus indistin cte, unus ex uobis me tradet, sequitur, Cum recubuisset Ioannes super pectus Iesu, ait, Domine quis est? ecce quam magna benignitas & familiaritas.

Acto.2 Promisit saluator discipulis, de suo recessu contristatis, quia, Pater alium paracletum daret eis, quod adimpletum optime die pẽtecostes, quando spiritus sanctus eos taliter roborauit, consolatus est, illustrauit, uel docuit.

Ioan.18. Venientibus ad capiendum Dominum ministris pontificum dicitur eis, Si me quæritis sinite hos abire. sciebat enim quod non erant parati a martyrium sustinẽdum. Iccirco clementer infirmitati eorum condescẽdens, uoluit quod parceret eis.

Luc.22. Petijt latro ut Dominus meminisset eius cum uenisset in regnum suum. Dominus autem plus concef

sit quam ille peteret, dicens, hodie mecum eris in paradiso.

Magna fuit Christi pietas, qui Ioan.20
nec Petrum qui ter eum negauit, repulit, sed benigne respexit, nec Thomam in dubitatione reliquit, sed se palpandum manifeste exhibuit.

Item Paulum in actu persecutio- Acto. 9.
nis existētem excæcauit. prostrauit, uocauit, & conuertit.

Dum lapidaretur Stephanus, ui- Act. 7.
dit dominum in cœlis stantem, tanquam paratum ad ipsum fortiter ad iuuandum.

Beato Ioanni in insula Pathmos Apoc. 1.
exulanti, multam benignitatem do- et p totū
minus ostendit, aperiendo ei, & angelum suum mittendo, qui eū multiplici reuelatione consolatus est.

De cōsolatione diuina. C. IIII.

POstquam Abrahā exiuit de ter- Gen. 12.
ra sua, ad mandatum domini, ip 15. 18.
se dominus consolatus est eū, diuer-

sis apparitionib' & reuelationib'.
Gen. 28 Fugiente iacob a facie fratris sui, & super lapidem dormiente, apparuit dominus, & ei magnam consolationem infudit.
Exo. 3. Apparuit dominus Moysi exulãti & oues pascenti, quod nõ accidit ei quandiu nutriebatur in domo Pharaonis.
Exo. 17 Filijs Israel pluit manna in deserto e cœlo, carnes quoq; & aquã pluries dominus miraculose dedit.
Exo. 34. Moyses in monte existens quadraginta diebus & totidem noctibus, non manducauit nec bibit, reficiebatur enim diuino elequio.
Iosu e. 1 Dixit dominus ad Iosue, non dimittam nec relinquam te, conforta re, & esto robustus.
3. Re 17. Præcepit dñs, ut corui portarent bis in die panem & carnes Heliæ.
3. Re 19. Post hoc apparuit dñs ei, cũ fugeret iezabel, cui' pphas fecerat occidi.

Efficat dñs ꝯsolatus ẽ Hezechiã re
gẽ ꝑ ꝓphetã et ꝑ angelũ, q̃ occidit. 4. Re. 19
185000. de exercitu regis Assyrioꝝ.
Exauditę sunt eodẽ tp̃e orõnes Sa Tob. 3.
rę et Tobię, et missus ẽ angelus dñi
q̃ curaret ambos, Sarã uidelicet a dę
monio, uiros illius interficiente, &
tobiã seniorẽ a cecitate et paupertate.
Populum Israel existentẽ in angu Iudith. 7
stia et timore, præ exercitu Holofer
nis, dignatus est dominus ꝑ manũ
unius fœminę mirabiliter cõsolari.
Conuertit dñs luctũ Iudæoꝝ in Esth. 9.
gaudium, qñ ipsi procurãte. Esther
hostes suos, qui ad iugulationem il
lorum se parauerant occiderunt.
Notabile est qđ quãdo populus
israel fuit in magna afflictione, sc͡z
tp̃e captiuitatis Babyloniæ, plures
habuit prophetas, quã tempore Sa-
lomonis, quãdo fuit in maxima ꝓ
speritate: nam Hieremias fuit in Iu-
da, Ezechiel & Daniel in Chaldea.

Dan.13. Angelus domini descēdit cū Azaria & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi uentū roris flantem. Per quod apparet, qđ omni loco, omni tēpore, parata est diuina pietas hominem confortare.

Dan.6 Danielē bis positum in lacū leonum consolatus est dominus. Primo mittendo angelum, qui leonum ora conclusit. Secundo ꝑ Habacuc ꝓphetā, quē de iudęa in Chaldęam cum cibo per angelum trāsportauit.

Dan.13. Susannam calumniose damnatā eripuit deus ex insperato per puerū Danielem.

1.Ma.11 Machabæus & qui cum eo erant uidētes adiutorē a deo sibi missum, benedixerunt misericordem dominum & conualuerunt animis.

Act.2 Bene impleuit dominus promissionem apostolis factam, quando dixerat eis, alium se missurum paracle

tum, quando misit eis spiritum san-
ctum, qui eos tam copiose docuit,
consolatus est, & roborauit.
Felix paulus in hac uita, qui dice- 2.Cor. 1
bat secure. 2. Cor. 1. Sicut abundant 4.7.
passiones Christi in nobis ita p chri- Act. 10.
stum abundat consolatio nostra.
Ecclesia habebat pacem, & edifi-
cabatur ambulans in timore domi-
ni & consolatione spiritus sancti re-
plebatur.
Petro in carcere Herodis uincto, Act. 12.
misit dñs angelum suum, qui de ma-
nu Herodis Iudæorum liberauit eũ
Paulo & Sila laudantibus deum. Act. 16.
in carcere, subito terręmotus factus
est magnus, & aperta sunt ostia, &
omnium uincula sun tsoluta.
Dixit dominus per uisionem no- Act. 38.
cte Paulo cũ prędicaret Corinthi,
Noli timerẽ, sed loquere & ne taceas,
propter quod ego sum tecum.
Cũ esset Paulus in custodia Clau- Act. 23.

dñ Tribuni detentus, nocte assistẽs ei dominus ait, Constans esto paule, sicut enim testificatus es deum in Hierusalem, ita oportet te et Romæ testificari.

Act. 27. Confortare uolens eos Paulus q̃ secum in naui erant ait, Astitit mihi hac nocte angelus dei dicens, Ne timeas Paule, Cæsari oportet te asiste re, & ecce donauit tibi deus omnes qui nauigent tecum.

Apoc. 1. Cũ beatus Iohannes Apostolus esset in Pathmos insulam relegatus, diuina reuelatione fuit multipliciter consolatus.

De benedictione quam deus dat homini. Caput. V.

Gen. 1. CReauit dominus hominem ad imaginem & similitudinem suam, masculum & fœminam creauit illos, benedixit que eis, & ait, Crescite & multiplicamini, & re-

plete terram.

Benedixit dominus Noe, & filijs, Gen.9.
& dixit ad illos, scite &c.terror ue-
ster &c.sit sup cũcta animalia &c.

Dixit Dominus ad Abraham, Gen.12.
Egredere de terra tua, benedicam ti
bi & magnificabo nomẽ tuum, eris
que benedictus.

Super Hismael exaudiui te dixit Gen.17.
dominus ad Abraham, Et ecce be-
nedicam ei, & augebo, & multi-
plicabo eum ualde, Dominus be- Gen.26.
nedixit Isaac & locupletatus est &
ibat proficiens.

Loquens Iacob domino et auun Gen.30.
culo suo Labã ait, Modicum habui
sti antequam uenirem ad te, & nũc
diues es effectus, benedixitq; tibi
dominus, ad introitum meum.

Iacob in oratione luctans cum Gen.31.
angelo ait, non dimittam te, nisi be-
nedixeris mihi: sequitur, Et benedi
xit ei in eodem loco,

Gen.13. Bñdixit dominus domui Aegypti, propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus quam in agris cunctam substantiam eius.

2.Reg.6. Habitauit arca domini, in domo Obededõ Gethæi tribus mensibus & benedixit dominus Obededom & omnem domum eius.

Iob.1. Operibus manuum eius benedixisti, et possessio eius creuit in terra.

Iob.42. Dominus benedixit Iob, in nouissimis magis quam in principio.

Luc.24. Ascensurus in cœlũ Saluator, eduxit discipulos suos in Bethaniam, et eleuatis manibus suis benedixit eis.

Mat.25 Desideranda est illa benedictio, quam dabit dominus electis in die iudicij, quando dicturus est, Venite benedicti patris mei.

De maledictione qua deus maledicit homini. Cap. VI.

Gen.3. SErpens primo legitur, a deo maledictus fuisse, Maledictus eris

inter omnia animãtia & bestias terræ, super pectus tuũ gradieris, &c.

Ad pœnam hominis dictum est, Gene. 4. Maledicta terra in opere tuo.

Lamentans Hieremias excidium Thrẽ. 2. ciuitatis Hierusalem, dixit, repulit dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ.

Daniel in oratione dicebat, stilla Dan. 9. uit sup nos maledictio. Et nota qđ maledictio super peccatores dicitur stillare, sed super iustos benedictio inũdare. Ecclesi. 39. Benedictio illius quasi fluius inundabit.

Sacerdotibus malis loquens do- Mala. 2. minus per Malachiam prophetam, dixit, Maledicã bñdictiõibus uřis.

Ficus habẽs folia sine fructu, ma Mat. 22. ledicta fuit a dño, et continuo aruit.

Nimis erit terribilis illa maledi Mar. 11. ctio, contra reprobos proferenda, in die iudicij. Ite maledicti in ignẽ Mat. 25. æternum.

De benedictione qua homo benedicit deum. Caput. VII.

Gene.14 MElchisedec rex Salem occurrẽs Abraham reuertenti a cæde, ait, Benedictus dominus eccelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt.

Iudi. 5. Obtenta uictoria de Sisara, Delbora & Barach cecinerunt dicentes, Qui sponte obtulistis de Israel animas uestras ad periculum, benedicite domino.

1.Re.17. Post uictoriam quam dedit deus Dauid de Goliath Philistęo, dicitur fecisse psalmũ, Benedictus dñs deus meus, q docet manus meas ad plĩũ.

3.Reg.5 Cum audisset Hyran uerba Salomonis, lætatus est ualde, & ait, Benedictus deus qui dedit Dauit filiũ sapientissimum super populũ hunc.

3.Re.8. Aedificato templo dixit Salomõ corã uniuerso populo, Benedictus deus israel, qui loquutus est ex ore

suo ad Dauit patrem meum.

Fecit dauid principem ad confi- 1.Par.16
tendum domino, Asap, & fratres
eius: sequitur, Benedictus dominus
deus israel ab æterno usq; in æter-
num extremum, & dicat omnis po
pulus. Amen.

Dauit rex lætatus est gaudio ma- Eodem
gno, & benedixit domino corā uni-
uersa multitudine.

Videns Esdras animum Artaxer 1.Esd.7
xis bonum erga iudæos, dixit, Bene
dictus deus patrum nostrorum, qui
dedit in corde regis, ut glorificaret
domum domini.

Completo muro ciuitatis Hieru Neh.9
salē sub Esdra, & Nehemia dixerū
Leuitæ, Surgite & benedicite deo
nr̄o ab æterno & usq; in æternum.

Cum aperuisset Esdras librum le Neh.8.
gis, stetit omnis populus, & benedi
xit Esdras domino deo uoce magna
& respondit omnis pupulus, Amē.

Tob. 3. Sara filia Raguelis cum comple
ret orationem dixit Benedictum est
nomen tuum deus patrum nostrũ.

Tob. 4. Filiũ suum instruẽs Tobias dixit
inter cętera. Oī tempore bñdic deũ
et pete ab eo ut uias tuas dirigat.

Tob. 8. Raguel et uxor eius uidentes, qđ
Tobiam iuniorem non læserat dæ
monium, dixerunt. Benedicimus te
domine deus israel', quia cõtigit no
bis quemamodum putabamus.

Tob. 12. Solicite monuit Tobiam, et filiũ
eius Raphael ut benedicerent deum
cœli, et nararent oīa mirabilia eius.

Tob. 16. Recuperato uisu et auditis sermo
nibus Raphaelis, aperiens Tobias
os suum. benedixit dominũ et dixit,
Magnus es dñe in æternum &c.

Iudit. 13. Osias princeps ppl'i Israel, uidẽs
Iudith cũ capite Holofernis, dixit:
Benedixit dominus, qui creauit cœ
lum et terram.

Dan. 2. Danieli nocte per uisionem my
sterium

ſterium reuelatum eſt, & benedixit deo cœli, & ait, Sit nomen domini benedictum a ſeculo, quia ſapientia & fortitudo eius ſunt, & ipſe mutat tempora & ætates.

Ananias & socij eius miſſi in caminum ignis, ambulabāt in medio flammæ laudantes & benedicentes domino. Et rex Nabuchodonoſor poſtea uiſo tanto miraculo, & ait, Bñdictus deꝰ. Sydrach, Miſach &c. Dan.3.

Obtēta de oſtibꝰ uictoria, & ædificato altari ſub Iuda Machabæo, filij Iſrael adorauerunt: & benedixerunt in cœlo deum, qui proſperauit eos. 1.Ma.4

Propter Heliodorum uolentem ſpoliare templū domini, diuina uirtute terribiliter flagellatum, Benedixerunt omnes deum, quia magnificabat locum ſuum &c. 2.Ma.3.

Machabæus & qui cum eò erāt, uidentes auxiliū a deo ſibi miſſum, 2.Ma.11

Benedixerunt ſimul miſericordem dominum, & cõualuerunt animis.

Luc.1. Nato Ioãne Baptiſta, apertũ eſt os Zachariȩ, & prophetauit, dicens: Benedictus dominus deus Iſrael.

Luc.2. Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius in templum, Simeon accepit eum in ulnas: & benedixit deum, dicens: Nũc dimittis ſeruum tuum domine &c.

Luc. 24. Poſt aſcenſionem domini erant in templo laudantes & benedicentes deum.

2.Cor.1. 1.Pe.1. Tribulationes patiens Paulus dicebat, Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti. Similiter Petrus, Benedicere deum, eſt quaſi opus, uel officium paradiſi.

Apoc.5. Omnes audiui dicentes, Sedenti in throno & agno, benedictio & honor & poteſtas in ſecula ſeculorum.

De benedictione, qua homo homini benedicit. Cap. VIII.

MElchisedech rex Salem, occur- Gen. 14.
rit Abrahæ benedicens : &
ait: Benedictus Abraham deo ex-
celso &c.

Benedixit Isaac Iacob, dicẽs. Det Gen. 28.
tibi deus de rore cœli & pinguedi-
ne terræ, abundantiam frumenti &
uini.

Cum Esau eiulatu magno fleret, Ibidem.
Isaac dixit ad eum. In pinguedine
terræ & rore cœli desuper erit bene
dictio tua, uiues in gladio, & fratri
tuo serui̇es.

Introduxit Ioseph patrem suum Gen. 47
Iacob ad Pharaonem, qui benedi-
cens illi, & interrogatus ab eo quot
sunt dies annorum uitæ suæ.

Benedixit Iacob filio suo Ioseph, Gen. 49.
& ait Deus in cuius conspectu am-
bulauerunt patres mei, benedicat
pueris istis. loquebatur de Manasse
& Effraim, quos pater eorꝫ rogaue
rat ꝑ patrem benedici. Postmodum

De benedictione qua etiam benedixit Iacob singulis filijs suis benedictionibus proprijs.

Num.6. Loquutus est dominus ad Moysen dicens, Sic benedicetis filijs Israel: Benedicat tibi dominus & custodiat te, ostendat tibi dominus faciem suam.

Leu.9. Extendens Aaron manum ad populum benedixit eum.

Nu. 23. Dixit Balaam filius Beor ad Balach, ad benedicendū adductus sum benedictionē prohibere non ualeo.

Deu.24. Non pernoctabit apud te pignus pauperis: sed statim reddes ei ante solis occasum ut dormiens in uestimento tuo benedicat tibi,

Deu.33. Moyses homo dei benedixit filijs Israel ante mortem suam, & ait, Dominus de Syna uenit, & de Seir ortus est nobis.

Iosue.22 Vocauit Iosue Rubenitas & Gadditas, & dimidiam tribum Manassen, dixitq; ad eos, Fecistis omnia

quæ uobis præcepit Moyses, bene- Iud. 1.
dixitq; eis, & dimisit eos.

In cantico pro uictoria habita de
Sisara dicitur, Benedicta inter mu-
lieres Iahel uxor Aber Cinæi, & be
nedicatur in tabernaculo suo. Ruth. 2.

Noemi uidens Ruth nurum suã
a Booz fuisse honoratam, dixit: Be-
nedictus sit a domino, quoniam eã
dem gratiam quam præbuerat ui-
uis, seruauit mortuis. Ruth. 3.

Commendauerat & Booz Ruth,
quæ ad deum Israel confugerat, &
ait: Benedicta es a domino filia, qa
priorem misericordiam posteriore
superasti.

Heli benedixit Elcanæ & uxori 1. Reg. 2.
eius, dixitq; ei, Reddat tibi domi-
nus semen de muliere hac pro fœno
re quod commodasti domino.

Nunciauerũt Ziphæi Sauli quod 1. Re. 23.
Dauid latitaret apud eos: Dixitq;
Saul: Benedicti uos a domino, quia

De maledictione qua doluistis luctum meum.

2.Re.2. Nunciatum est Dauid quod uiri Iābes Galaad sepelissent Saul, dixitq; ad eos, Benedicti uos a domino, qui fecistis hanc misericordiam cū domino uestro Saul & sepelistis.

3.Reg.3 Conuertit rex Salomon faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel, Oīs aūt ecclesia Israel stabat.

2.Pa.16 Cum compleuisset Dauid, offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine domini, & dimisit uniuersis per singulos, a uiro usq; ad mulierem tortam panis.

Tob.7. Apprehendens Raguel dextram filiæ suæ dextræ Tobiæ tradidit, dicens: deus Abraham, Isaac, Iacob, uobiscum sit, & ipse cōiungat uos impleatq; benedictionem suam in nobis. Osculatus est Tobiā, & plorās super collum eius dixit, Benedictio tibi sit fili mi, quia boni & optimi uiri filius es.

Gabelus ingressus domum inue Tob.9
nit Tobiā & fleuit,dicens: Benedi-
cat te dominus Israel, quia filius es
uiri optimi & iusti:timentis deum.

Ozias princeps populi Israel:di- Iudit.13
xit ad iudith:Benedicta es tu filia a
domino deo excelso, præ omnibus
mulieribus super terram. Et postea Iudi.15.
uniuersi præsbyteri omnes una uo
ce dicentes: Tu gloria Ierusalem: tu
te lætitia Israhel &c.

Factū est cū audiret salutationem Luc.1.
Mariæ Elizabet, exclamauit & di
xit,bñdicta tu inter mulieres &c.

De maledictione, qua homo ho-
mini maledicit. Cap. IX.

PRimus inter homines Noe legi-
tur maledixisse Chanaan nepoti
suo, pro eo quod Cham pater eius Gen.9.
nuditatem ipsius Noe cæteris fratri
bus nunciauit, cum magis eam te-
gere debuisset.

Inter uerba benedictionis, quæ Gen.27

De maledictione quã dedit Isaac Iacob filio suo, Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus.

Gen.49 De Simeon & Leui dixit Iacob patri eorum, Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura.

Nu.22. Balach misit nuntios ad Balam, ut ueniret & malediceret populo Israel, audierat enĩ, quod maledictus erat in quem maledictio deuenisset.

Leui.20 Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur.

Deu.17 Multas maledictiões ponit Moyses in eos, qui transgrederentur tradita illis diuina mandata,

Iosue.6. Diruta ciuitate Hiericho imprecatus est Iosue dicens, Maledictus uir coram domino, qui suscitauit & ædificauit Hiericho.

Iudi.9. Sichemitæ inter epulas & pocula maledicebant Abimelech.

1.Re.17. Goliath Philisteus maledixit Dauid in dijs suis.

Saul uolens persequi Philistæos, 1.Re.14.
adiurauit populum dicens, Maledi
ctus uir qui comederit panẽ, usq; ad
uesperã, donec ulciscar de inimicis.

Semei procedebat egrediens & 2.Re.16.
maledicebat, mittebatq; lapides cõ
tra Dauid, & dicebat, Egredere uir
sanguinum, & uir Belial.

Eliseus maledixit pueris illuden 4.Reg.2
tibus ei, & dicentibus. Ascende cal-
ue, ascende. Et lacerati quadraginta
duo pueri a duobus ursis.

Cum Iudas Machabeus obside- 1.Ma.10
ret quoddã prædium illi intus erãt,
supra modum maledicebant, & ser-
mones nephandos iactabant.

Pharisei maledixerunt cęco nato, Ioh.9.
per dominum Iesum illuminato, &
dixerunt: Tu discipulus illius sis.

Arguebant Iudæi Paulum, dicen Gen.4.
tes: Sũmo sacerdoti dei maledicis?
Sed ille excusauit se & dixit, nescie-
bam fratres, quod princeps esset.

De seueritate dei erga delinquẽtes. Cap. X.

Gen. 4. GRauiter puniuit deus peccatũ primorum parentum, quod ipsi credebant ueniale, nec ita dure puniendum forer

Gen. 7. Originali mundo deus non pepercit. sed ipsum pene totum diluuij inundatione deleuit.

Gen. 19 Quincꝫ ciuitates proprer peccatum Sodomiticũ fœtente ignis conflagratione consumptæ sunt per angelos a deo missos.

Exo. 14. 15 Aegyptij persequẽtes filios Israel submersi sunt iubente deo quasi plũbum in aquis uehementibus.

Exod. 17 Quia populus Amalech uoluit ĩpedire filios Israel euntes in terram promissionis, dixit dominus ad Moysen, delebo memoriam Amalech de sub cœlo.

Exo. 32. Propter uitulum quem adorauerũt populi, ceciderũt una die, 23000

hominum.

Egressus est ignis a domino et de Leui.10
uorauit Nadab & Abihu filios Aa-
ron, quia arreptis thuribulis ignem
alienum & incensum desuper po-
suerunt, coram domino obtule-
runt.

Iussit dominus puerum blasphe- Leui. 24
mum extra castra educi, & ab uni-
uerso populo lapidari.

Carnibus quas miserat dominus Nu. 11.
uidentibus filiis Israel, adhuc exi-
stentibus in dentibus eorum, per-
cussit dominus populum plaga ma
gna nimis.

Percussit dominus Mariam lepra Num. 12
quia locuta est contra Moysen.

De sexcentis milibus uirorum, Nu. 14.
qui numerati sunt, nullus intrauit
terram promissionis propter eorũ
peccata, præter Caleb & Iosue, sicut
minatus est dominus.

Ligna colligens in sabbato, fuit Num. 14

Nu. 15. præcepto domini lapidatus.

Terribili morre occidit dominus Chore & complices eius.

Nu. 16. Hæsitantem ad aquas contradictionis Moysen dominus dure puniuit, cum tamen usque tunc tam sancte & fideliter se gessisset, supple, tã

Nu. 21. ad deum, quam ad populum.

Misit dominus serpentes ignitos in populũ, quia tæduerit eos itineris & laboris, & dixerant, cur eduxisti nos de Aegypto &c.

Iosue. 7. Acham filius Charmi, cum tota supellectile sua periit: quia abstulerat de anathemate Hiericho.

Iu. di. 2. Pro peccato in uxore Leuitæ cõmisso tota tribus Beniamin, exceptis sexcentis hominibus, fuit a domino iubente, del eta.

1. Reg. 7 Heli peccantes filios corrupuit, sed leuiter propter quod ipse in eis & cum eis punitus fuit. Quid ergo de illis, qui filios suos nõ corripiũt,

sed icitãt ad malũ uerbis et exẽplis?

Quia Saul obtulit holocaustum 2. Re 13
contra mandatum Samuelis, repro
batus fuit. Et qa Regẽ Agag, Ama 2. Re. 15
lech, & greges ouiũ reseruauerat.

Propter peccatũ Saul puniti sunt 2. Re. 21.
illi de domo sua, etiam post mortẽ
eius, & propter eos facta est fames
in terra.

Adducente Dauid Arcam domi- 2. Reg. 6
ni super plaustrum, Oza tenuit eã
ne caderet, qa bos lasciuiens inclina
uerat eã, & percussit eum dñs super
temeritate, & mortuus est ibi.

Septuagintaduo millia hominũ 2. Re. 24
mortui sunt pp elationem Dauid,
quando fecit populum numerari.

Vir dei, qui uenit de Iuda, & num. Re. 13.
tiauit Hieroboam successionẽ offi-
ciorum sacerdotũ eius, occisus fuit
a leone, eo quod contra imperium
domini comedit panem in domo
cuiusdam prophetæ.

4.Re.2. Quadragitaduo pueri, a duobus ursis lacerati, pro eo qđ illuserant Eliseo, dicentes, Ascende calue.

4.Re.5. Si tam grauiter punitum fuit Gihezi peccatum qui accepit munera a Naaman, satis ei uoluntarie data, quid erit de illis, qui accipiunt multa fraudulenter exacta, uel uiolenter extorta?

2Par.26 Ozia rex Iuda cepit thuribulum, & more sacerdotum uoluit adolere incensum, statimq́ȝ est orta lepra in fronte.

4.Re.20 Quia Ezechias ostēdit thesauros suos nuncijs regis Babylonis, amisit eos, cū tamen illi de terra longinqua uenissent, & uidebatur quod læ tanter recipi debuissent.

4.Re.25 Populum peculiarē & dilectum tradidit dominus in manus Nabuchodonosor, qui totam gentem crudeliter captiuauit, sanctam ciuitatē combussit, & templum destruxit.

Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Eſa.3.
Sion &c.erit pro ſuaui odore fœtor
pulcherrimi quoq; uiri tui gladio
cadent,& fortes tui in prælio.

Reges Babylonis filios Iſrael,cru Eſa.14.
deliter tractauerūt poſtea etiam ipſi Hier.51
cū inclyta ciuitate ſua fuerūt deſtru &.30.
cti ſicut minatur dominus.

Heliodorus fuit grauiter flagella 2.Ma.3
tus,eo quod uiduarum & pupillo-
rum depoſita uoluit apportare.

Antiochus rex fuit tā graui pla- 2 Mac.9
ga percuſſus,de corpore impīj, uer-
mes ſcaturirent, odore etiam illius
ac fœtore,exercitus grauaretur.

Seruū nequā,qui noluit dimitte- Mat.18
re conſeruo centum denarios,domi
nus iratus,tradidit tortoribus, quo
ad uſq; redderet uniuerſum debitū.

Inutilē ſeruū, qui traditū ſibi nō Mat.25
ſtuduit multiplicare talentū,pcepit
dn̄s illo qđ habuerat ſpoliari, & in
tenebras exteriores eijci.

Act.5. Fraus illa, quam commisit Ananias, cōscia Saphira uxore sua, graui fuit ultione punita.

Act.12. Herodes uestitus ueste regali, sedit pro tribunali, populus autem acclamabat, Dei uoces & non hominis. Confestim ergo percussit eum angelus, eo quod nō dedisset honorem deo, & cōsumptus a uermibus expirauit.

De ira & furore dei. Cap.XI.

Aug.15. de ci.dei cap.25. ATtende quod secundum Augustinum. 25. de ciui.dei, Ira Dei, non perturbatio animi eius est, sed iudicium, quo irrogator pœna peccato, cogitatio uero eius & recogitatio mutandarum rerum, est immutabilis ratio. Neq; enim, uidelicet, sicut hominem iratum ita deū facti sui pœnitet, cuius est de oībus oīno rebus, tam fixa sententia, q̄ certa præsentia. Sed si nō utatur scriptura talibus uerbis, non se quodāmodo

do familiarius insinuat onmni gene
ri hominem, quibus uult esse consul
tum, ut & pertereat superbientes, et
excitet negligentes, & exerceat quæ
rentes, & alat intelligētes, quod nō
faceret, si non se prius inclinaret, &
quodammodo descēderet ad iacētes

Quod Moyses ducatum populi Exo.4.
recipere, iubente domino multoties
recusauit, iratus est dn̄s in Moisen,

Iratus ē dominus in Aegyptios, Exo.15.
qui detinuerunt & afflixerunt popu
lum suum, & tandem uoluerunt per
sequi recedentes. Sequitur, misisti
iram tuam. Exo.32.

Moyses orabat dominum dicēs,
Cur domine, irascitur furor tuus cō
tra populū tuum? uidelicet propter
uitulum conflatilem, cui obtulerat
holocausta.

Flagrauit populus desiderio car- Num.11
nium sedens & flens, sequitur, Ira-
tus est furor domini ualde.

Num.16 Occaſione ſeditionis Chore, & complicum eius, dixerunt Moyſes & Aaron ad dominum, Fortiſſime deus ſpirituum, num uno peccante contra omnes ira tua deſæuiet?

Num.16 Murmurauit omnis multitudo filiorum iſrael cõtra dominum, Moyſen & Aaron dicens, Vos interfeciſtis populum domini. Seqtur, Egreſſa eſt ira a domino & plaga deſæuit.

Num.25 Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab. Sequitur, Iratus dominus dixit ad Moyſen, Tolle cunctos principes populi & ſuſpende illos.

Num.20 Propter hæſitationem ad Aquas contradictionis, iratus eſt dominus

Deute.1 Moyſen, ſicut ipſe dicit Deute.1. Mihi iratus eſt dominus (.ſ. Moyſi) propter uos dixit mihi, Nõ ingredieris illuc, ſcillicet, in terrã promiſſionis.

Deut.11 Cauete, dixit Moyſes, ne forte decipiatur cor ueſtrum, & ne recedatis a dño ſeruiatisq́ dijs alienis, & ado-

retis eos, iratusq́; dñs claudat cœlũ.

Filij israel præuaricati sunt mãda Iosue.7.
tum & usurpauerũt de anathemate,
Sequitur, Iratusq́; contra filios israel
dominus, propter peccatum Achã,

Iratus est dominus cõtra Ozam, 1.par.13
& percussit eum, eo quod tetigisset
arcam Dei.

Iratus est dominus Salomoni, eo 3.Re.12
quod auersa esset mens eius a dño.

Iratus ẽ furor domini cõtra israel, 4.Re.13
& tradidit eos in manu: Hezaelis re
gis Syriæ, & hoc propter peccatum
idololatriæ, q̃a adorabant uitulos,
quos fecerat Hieroboam.

Addidit furor dñi irasci cõtra is- 2.Re.24
rael, cõmouitq́; dauid ĩ eis dicẽtẽ ad
Ioab, Vade nũera israel et iudã &c.

Post idololatriã & auguria et alia 4.Re.17
peccata diuersa irritauerunt domi-
num filij israel: iratusq́; est dominus
uehementer israeli, et abstulit eos de
conspectu suo.

2.Par.19 Propheta Iehu Iosaphat regi iuda, qui uenerat ad prœlium cum Achab rege israel, impio auxiliũ, et ijs, qui oderunt dominum, amicitia iungeris, et iccirco iram domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te.

2.par.24 Ioas rex iuda, et prĩcipes eius seruierunt lucis & sculptilibus, & facta est ira domini cõtra iudam, propter peccatum hoc.

2.par.25 Amasias rex iuda, diuino fretus auxilio idumæos superauit in bello, & attulit deos eorum, & adorauit eos, quamobrem iratus est dominus contra eum.

2.par.32 Hezechias non iuxta beneficia, quæ acceperat a domino, retribuit, quia eleuatum est cor eius, & facta est ira contra eũ, & cõtra Hierusalẽ.

2.par.34 Magnus furor domini stillauit super uos eo quod non custodierunt patres uestri uerba domini, dixit io

sias rex iuda, auditis uerbis quę scri
ptam erãt in libro legis.
Comederunt & saturati sunt, & 2.Esd.9.
impinguati & abundauerunt in de-
litijs, in bonitate tua magna prouo-
cauerunt autem te ad iracundiam.
Omnia secundum dei legem fiãt 1.Esd.9.
deo altissimo, ne forte exurgat ita in
regno regis & filiorum, ita præce-
pit Artexerxes gentilis.
Dixit dominus ad Eliphat The- Iob.42.
mãitem, iratus est furor meus in te,
& in duos amicos tuos, quoniã non
estis locuti coram me rectum.
De Babylone dicitur, Ecce erit
nouissima in gentibus & deserta, in Hier.50.
uia, & arens, ab ira domini non ha-
bitabitur, sed tota redigetur in soli-
tudinem.
Machabę⁹ iudas cõgregata mul- 2.Mac.8
titudine, intolerabilis gentibus effi
ciebatur. Ira enim domini in miseri
cordiam uersa est.

Mat. 18. In parabola de seruo nequam, qui noluit misereri cõseruo suo, dicitur, Iratus dominus eius tradidit eum tortoribus.

Luc. 14. Contra illos, qui se excusauerunt ne irent ad cœnam, dicitur, Tunc iratus paterfamilias dixit seruo &c.

Qui credit in filium dei, habet uitã æternam: qui uero incredulus est filio, nõ uidebit uitam, sed ira dei ma-
Ioan. 3. net super eum.

Multum timenda est ira quæ estẽ
Apo. 11 detur in die iudicij. De qua Apocalypsis, Reges terræ & principes &c. sequitur, dicens montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis in throno, & ab ira Agni.

Qđ deus plus attẽdat ad opantis intẽtionẽ quã ad opus. C. XII.

Gen. 7. CAin obtulit de fructibus terræ munera domino. Abel quoque obtulit de gregibus suis. Sequitur,

respexit dominus ad Abel,& ad mu
nera eius:ad Cain uero & ad mune-
ra illius non respexit.

Promisso Abrahæ filio de sara na Ge.17.
sciturо,risit Abraham : risit & Sara: 18.
risus autem Saræ fuit reprehensus a
domino,Abrahę non.

Cum facerent mirabilia quædã Exod.7.
corã Pharaone Moyses & Aaron,le
gitur quod fecerint similiter malefi
ci Aegyptioꝝ, incãtationibus suis.

Talia thuribula habuerunt Cho- Nũ.16.
re & illi de globo suo,sicut Aarõ,&
forte de æque bono uel melore me-
tallo,uerum deus non æqualiter ac-
ceptauit incensionem eorum.

Eleuantes oculos Bethsamitæ,ui- 1.Re.6.
derũt arcã dñi,et gauisi sunt,et obtu
lerũt dño holocaustum, q̃uis autem
bonũ opus facere uiderent,percussit
eos dñs graui plaga,eo q̄d uiderunt
arcam,quam uidere non debebãt.

Saul quando fuit inter prophetas, 1.Re.19

expoliauit se, & prophetare cœpit, sed parum ei profuit.

1. par. 13 Oza extendens manum tenuit arcam ne caderet qui statim percussus a domino, mortuus est.

2. par. 26 Licet offerre incensum domino sit bonum, non tamen cõpetit omni homini. Vnde Ozias rex iuda pcussus est lepra a domino, eo quod ipse uoluit incensum thymiamatis adolere.

Reprobat dominus per Esaiam oblationes, quas offerri instituit, & hoc propter offerẽtium prauitates. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum, dicit dominus? Sequitur, manus enim uestræ sanguine plenæ sunt.

Luc. 21. Prętulit dominus oblationem uiduæ quæ posuit duo æra minuta in Cazophylaciũ, muneribus diuitũ.

Lucę. 23 Herodes cupiebat uidere iesum, & uiso eo gauisus est ualde, sed nul-

lum fructũ assequutus est inde,quia
curiositas,uel uanitas erat in causa,
non pietas uel charitas.

Quod deus interdum probat homines. Caput. XIII.

TEntauit deus Abraham, & di- Gen. 22.
xit ad eum,tolle filium tuum.
Dixit domin⁹ ad Moysen,Ecce Exo. 16.
ego pluã uobis panes de cœlo, egre
diatur populus et colligat &c.sequi
tur,ut tentẽ eum,utrum ambulet in
lege mea uel non.

Loquente domino cum Moy- Exo. 20.
se cunctus populus ut audiebat uo
ces & lampades, & sonitum buc-
cinæ, montemque fumigantem,
& perterriti ac pauore percussi,dixe
runt Moysi,Loquere tu nobis &c.
& ait Moyses, Nolite timere, ut enĩ
probaret uos,uenit de⁹, & ut terror
illius esset in uobis et nõ peccaretis.

Non deleuit dominus penitus gẽ Iudic. 2.
tes omnes de terra promissionis, ut

in ipsis experiretur israel, utrum custodiret eius mandata.

Dereliquit dominus Hezechiam ut tentaretur. & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius, quando uenerant nuntij regis Babilonis ad eũ.

Tob. 2. Postquam Tobias fuerat excæcatus, dicitur ibi, Hãc autem tentationem ideo deus fieri permisit, ut posteris daret exemplũ patientiæ eius.

Iudit. 8. Dixit iudit, loquens de filijs israel quos illo tẽpore Holofernes destruere cogitabat Memores esse deberẽt, quia tẽtati sunt patres nostri, ut probarentur, si uere colerent deum.

Iob. 23. Propter grauissimas tribulationes, quas passus est iob, ipse dicebat de seipso, probauit me quasi aurum, quod per ignem transit.

psal. 138 &. 65. Petebat Dauid a domino dicens, Proba me domine & tenta me. Domine probasti me &c.

Mat. 14. Ambulans dominus iesus super

aquas iussit Petrum uenire ad se. Vi
dens autem uentum ualidū, timuit.
Dixit dominus ad philippum, un Iohā. 6.
de ememus panes, ut hi manducēt?
hoc autem dicebat tentans eum.
Petrus ait, ne miremini, dum ue- 1.pet.4.
lut aurum per ignem exploramini,
quæ res, ad experimentum uestri fit.

Quod homo non debet tentare deum. Caput. XIIII.

ABraham ingrediēs Aegyptū, Ge.12.
prudēter tacuit Saram esse uxo .20.
rem suam: ne si hoc dixisset, se
ipsum & illā discrimini cōmisisset.
Et Isaac similiter, nisi autem sic Gen.26.
fecisset, dominum quodammodo tē
tasset, ut dicit Augustinus.
Multoties tentauerunt dominum Num.14
filij israel in deserto.
Superati in bello filij israel a phili 1.Reg.4.
stæis dixerunt, quare percussit nos
deus corā philistijm, et duxerūt secū

arcam domini ad prælium, quæ capta fuit, & illi magna plaga pcussi.
1. Re. 22 Sciebat Dauid se esse unctum in regē, & quod deberet regnare post Saul, iuxta id quod promiserat Samuel, non tamen committebat se discrimini, sed faciebat ad sui custodiam quod poterat.
Tob. 6. Cū magnus piscis inuasisset Tobiam, non expectauit quod angelus eum liberaret, qui tamen uelociter hoc facere potuisset, sed apprehēdit branciā eius, & traxit eum in siccū.
Iudit. 8. Ozias statuit cum populo, ut trāsactis quinque diebus nisi ueniret adiutorium, traderent se Holoferni. Dixit autem Iudith presbiteris ciuitatis, et qui estis uos qui tentatis dominum: non iste sermo, qui misericordiam prouocet.
Mat. 4. Lucæ. 4. Tentatus dominus a diabolo ut ipse se depinnaculo templi præcipitaret, respondit, Non tentabis domi

num deum tuum: poterat enim aliter descendere.

Pharisæi uolẽtes capere Iesum in sermone, fecerunt ab eo quęri, Vtrũ liceret dare tributa Cæsari an non. Cognita Iesus neq̃tia ait, quid me tentatis hypocritæ &c. Mat. 22.

Cum eiecisset dæmonium dominus, & loqueretur mutus, quidam tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Lucę. 11

Dure increpando dixit Petrus Saphiræ uxori Ananiæ. Quid conspirastis inter uos ut tentareris spiritũ domini? Acto. 5.

De re, quam Paulus potuit p̱ humanam industriam facere, nolebat miracula expectare, Vnde apud Damascum cum insidiarẽtur ei iudęi, fecit se per murũ in sporta dimitti. Acto. 9.

Item cum astrictum loris uellet tribunus eum facere torqueri, dixit se esse ciuem Romanum: rursum di- Act. 24. &. 23. 2

xit se esse pharisæum, ut poneret dis sensionẽ inter Iudæos: & cũ haberte iniquum iudicẽ, Cæsarẽ appellauit.

De uoto. Caput. XV.

Gen. 27. IAcob uadens ad domum Laban auunculi sui post ostensam sibi a domino uisionem, uouit uotum dicens, Si fuerit dominus mecum.

Num. 21 Rex Arad pugnauit contra Israel, & uictor existens tulit ex eo prædã. At Israel uoto se obligauit domino & postea uicit eum.

Iudic. 9 Pugnaturus Iepte contra filios Amõ, uotum uouit dño, dicens: Si tradederis filios Amõ ĩ manꝰ meas.

1. Re. 1. Orauit Anna dñm flens largiter et uotum uouit, dicẽs, Domine exercituum, si dederis mihi sexum uirilem, dabo eum domino.

2. Re. 15. Absalon uolens rebellare pri suo Dauid, dixit ad Dauid, Vadã et reddã uota mea, q̃ uoui dño in Hebron. Voues uouit seruus tuus cũ esset in

Gessur Syriç dicẽs, Si reduxerit me
dñs in Hierusalem, sacrificabo dño.

Asa rex iuda, ea q̃ uouerat pr̃ suus 2.Par.15
obtulit in domũ dñi, argentum au-
rũ, uasorũq; diuersam suppellectilẽ

Lætatus est populus, cũ uota spõ 1.par.29
te ꝑmitteret, qa corde toto offerebãt
ea dño, sed & Dauid rex letatus est.

Filij Israel & Iuda obtulerunt de 1.par.31
cimas, quas uouerant domino.

Rex Artaxerxes præcepit Esdræ 1.Esd.7
& populo, ut ferrent munera domi
no deo israel, quæ nouerant &c.

Omnis populus post uictoriam, Iudit.10
uenit in Hierusalem adorare domi-
num, & obtulerunt omnes holocau
sta, uota & promissiones suas.

Viri qui erant in naui, ubi fuit Io Ionæ.1.
nas prohpeta, timuerunt timore ma
gno, et immolauerũt hostias dño.

Heliodorus uolens ærarium spo- 2.Ma.13
liare, & deposita de templo auferre,
fuit uirtute diuina grauiter flagellat⁹

Deinde ſanatus magnis promiſſis, repedauit ad regem.

2.Mac.9 Poſtquam percuſſus fuit a Deo Antiochus grauiſſima & inſanabili plaga, pollicitus eſt iudæis, templo Hieroſolymorum mirabilia ſe facturum.

Lucæ.9. Beata uirgo Maria, uirginitatem nouiſſe uidetur, per hoc quod ait, Quomodo fiet iſtud, quoniam uirũ non cognoſco?

Act. 23. Crudele uotum & impium fecerunt illi iudæi, qui accedẽtes ad principes ſacerdotum dixerunt, Deuotione deuouimus, nos nihil guſtaturos, donec occidamus Paulum.

De oratione. Caput. XVI.

Gen.18 HVmiliter & diſcrete, conſtãter & pie orauit Abraham dominum, ut parceret Sodomitis.

Gene.25 Pro rebus, quam etiam dominus deſtinauit facere, interdũ debemus deum orare. Vnde Iſaac deprecatus eſt dominum pro uxore ſua ſterili,

quam

quã parituram fore disposuera dñs. Gen. 32
Pensandum ualde est, quam gratus, quam humilis, etiam importunus, in oratione fuit iacob, dicẽs: Domine, minor sum cunctis miserationibus tuis. postea quomodo ipse se ab uxorib' & tota familia sequestrauit & solus de nocte remansit ibidẽ.
Orauit multoties dominũ Moyses, ut amoueret plagas de Egypto, et exaudiebatur, licet illi mali essent. Exo. 7. 8. 9. 10.
Oratio mentalis clamat in aures dei sicut apparet, quãdo dixit Moysi, nihil loquẽti, quid clamas ad me? Exo. 14.
In bello quod habuerũt filij israel contra Amalech, plus fecit Moyses orando, q̃ Iosue pugnando. Exo. 17
Post ad orationem lituli, uidebatur uelle dominus populum delere, sed Moyses per orationis instãtiam obtinuit ei ueniam, & nota ibi modum orandi. Aut, inquit, dimitte eis hanc noxã, aut dele me de libro uitę. Exo. 32

Num. 11 Per orationem Moysi absorptus est ignis qui deuorauit castra murmurantium, & dolentium pro labore.

Eodem. Petiit populus carnes in deserto, & dominus iratus concessit eis. per quod liquet quod non semper exauditio orationis signum est diuinæ dilectionis.

Num. 12 Curata est Maria a lepra per orationem Moysi.

Num. 21 Afflictus populus ab ignitis serpentibus dixit ad Moysen: Ora pro nobis, orauit Moyses pro populo.

1. Reg. 1 Cum esset Anna amaro animo, orauit dominum flēs largiter & uotum uouit: loquebatur autem in corde suo, & uox penitus non audiebat.

1. Reg. 7. Pugnaturi filii israel contra Philistæos, dixerunt Samueli, Necesse est pro nobis clamare ad dominum, ut saluet nos de manu Philistinorum.

1. Reg. 8 Non placuit domino, quod filii is-

rael petierunt super se regem, & tamen dominus dixit Samueli, Audi uocem populi tui in omnibus quæ loquuntur tibi.

Dixit Samuel ad populum, absit, a me hoc peccatum ut cessem orare pro uobis. 1.Re.12.

Dauit dixit se inuenisse cor suum, ut oraret dominum. 2.Re.7.

Deprecatus est dominum Dauid pro paruulo, & ieiunauit, & ingressus seorsum, iacuit super terram. Bonus fuit modus orandi, sed tunc Dauid non fuit dignus exaudiri. 2.Re.12.

Orās Helias pro pluuia, dixit puero suo, ut prospiceret cōtra mare. Vnde sperabat nubē consurgere pluuiosam, sed usq; ad septem uices nihil penitus apparebat, in quo orationis diurnitas & instātia cōmendantur. 3.Re.18.

Iosaphat rex Iuda timore perterritus, totum se contulit ad rogandum dominū; audierat enī quod maxima 2.Re.20

multitudo gentiũ uenerat contra eũ.

4.Re.19 Bono usus est cõsilio Hezechias auditis nuncijs regis Assyriorum, quando misit ad Esaiam prophetã, dicens: Fac orationem pro reliquijs quæ repertæ sunt, & ipsemet ad orã dum dominum se conuertit. Et nota ibi quam fideliter quam pruden ter orauit.

4.Re.20 Conuertit Hezechias faciem suã ad orandum ad parietem, ut attẽtius orare posset, & orauit dominum, dicens: Obsecro domine, memẽto quæso &c. Fleuit itaque Hezechias fletu magno.

2 Par.33 Miro modo humilis, deuota, efficaxque oratio Manassæ regis Iuda, sicut patet intuenti in fine libri.

1.Esd.8. Ieiunauimus & orauimus dominum pro recto itinere & securo, & euenit nobis prospere. Dum daret re gi bibere, orat deum cœli. Cum debuit ad interrogata respondere, ora-

Neh.1.2

uerat ualde humiliter.

Tobias auditis duris sermonibus Tob. 3.
uxoris, cœpit orate cum lachrymis.

Sara filia Raguelis audita ab an- Ibidem
cilla sua grandi cõtumelia, perrexit
superius in cubiculum domus suæ,
& tribus diebus in oratione ꝑsistẽs,
cum lachrymis deprecabat̃ ad dñm,
ut ab illo improperio liberaret eam.

Raphael angelus monuit Tobiã Tob. 6.
iuniorem ne demonium haberet po
testatem in eum, ut cum accepisset
Saram uxorem, ingressus cubiculũ,
per tres noctes contineret se ab ea, et
nihil aliud faceret, nisi quod oratio-
nibus utriꝗ uacarent.

Audientes filij israel potentiam Iudit. 4.
Holofernis, clamauerũt ad dominũ.
Eliachim uero summus sacerdos cõ
memoraba eis, quomodo Moyses
confidẽtem in uirtute sua Amalech,
non ferro pugnando, sed ꝑcibus san-
ctis orando deiecit.

Iudit.9. Multum confidebat Iudith in orationibus aliorum, unde proponens ire ad Holofernem, dixit presbyteris, Orate ut firmum faciat consiliũ meum deus. Sequitur, Nihil aliud fiat pro me, nisi oratio ad dominũ.

Iudit.13 Similiter quando debuit amputare caput Holofernis, orauit cum lachrymis ad lectum,

Esth.4. Esther locutura ad regẽ Ahasuerũ dixit Mardochæo: Congrega oẽs Iudæos, quos reperies, & orate ꝓ me. Quam uero deuote & humiliter orauerit. postea habetur, cap. 14. De oratione Mardochæi quomodo deprecatus est dñm pro se & pro populo.

Hie.11. Magnæ reputationis apud deum erat oratio Hieremiæ, quando dicebat ei dominus, cap. 11. Noli orare pro populo hoc.

Dan.3. Azariarias stans in medio fornacis, orauit sic: Benedictus es domine deus patrum nostrorum.

Non dimisit Daniel, propter initũ Dan. 6.
Darij regis decretũ, quin oraret ter in die deum suum, genibus flexis, sicut ante facere cõsueuerat. Ecce quã preciosum & utile reputabat orare dominum.

Intelligens Daniel tempus capti- Dan. 9.
uitatis esse completum, instantius orauit pro populo in captiuitate detento. Et nota quam humiliter & feruenter orauerit.

Videns Susanna, omne humanũ Dan. 13.
sibi deesse consilium, recurrit ad orationis suffragium, et oratio eius fuit exaudita.

Orauit Ionas ad dominũ de utero Ionæ. 2.
piscis, & dixit: Clamaui de tribulatione mea ad dñm, & exaudiuit me.

Congregatus est cõuentus, ut es- 1. Mac. 3
sent parati in præliũ: & ut orarent & peterẽt misericordiã et miseratiões.

Iudas Machabæus cõmissurus p̃ 1. Mac. 4
lium contra Gorgiã, orauit & dixit:

Benedictus es saluator israel. In duo
bus autem præcipuis bellis nō legi-
tur orasse. Vno scilicet, contra regē
Antiochum, & tunc non uicit, sed di
1. Ma. 6. uertit. Altero contra Bacchidem &
& 9. Alchimum, & tunc in bello cecidit.
Videns Ionathas quod omnes (ex
1 Ma. 11. ceptis paucis) derelinquebant eum
pugnantem cōtra alienigenas, scidit
uestimenta sua & orauit, & postea
uictoriam obtinuit.

2. Mac. 3 Iudæi in tribulatione positi, quæ
superuenit eis, orauerūt dominum.
Sacerdotes uero ante altare, cum sto
lis sacerdotalibus iactauerunt se, &
inuocabant de cœlo eum, qui de de-
positis legem posuit: ut ijs qui depo
suerunt, ea salua custodiret.
Vniuersæ etiam mulieres, protensis
manibus in cœlum, depræcabātur.
Eodem. Onias summus pontifex orauit,
Eodem. pro Heliodoro, diuina uirtute graui
ter flagellato, eo quod uoluerat spo-

liare templum. Dominus autem illi
uitam donauit.

Iudas Machabæus, & qui cum eo 2.Mac.8
erāt simul deprecabant̄ dn̄m, ut eri-
peret eos ab impio Nicanore &c. Et
si non ꝑ eos sed ꝑ testamētū, quod
erat ad patres eorū, & propter inuo-
cationem sancti et magnifici nomi-
nis eius super ipsos.

Orabat scelestus Antiochus do- 2.Mac.9
minum a quo nō esset misericordiā
consequuturus. 2.Ma.ul

Nicanor et qui cum eo erant, cum
tubis & canticis admouebāt: Iudas
uero cum suis, inuocato deo per ora
tiones, cōgressi sunt. Manu quidem
pugnantes: sed cordibus dominum
orantes, prostrauerunt nō minus tri
ginta quinque millia hominum, præ
sentia dei magnifice delectati.

Breuem, utilē & humilē modum Mat.8.
orādi hubuit leprosus ille, qui genu Luc. 5.
flexo adorauit dominum iesum, di- Mar. 1.

cēs: Dñe, ſi uis, potes me mundare.

1. Mat. 8 Similem modum orandi, per modū inſinuationis, habuit Centurio, cum dixit: Domine, puer meus iacet paralyticus.

Ioh. 11. Item Martha & Maria pro Lazaro iam ſepulto.

Mar. 9. Etiam de eo, quod dominus facere propoſuit, uult per nos ipſe quandoq; rogari, Rogate dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. Statim ſeq̄tur, Cōuocatis &c.

Mat. 14. Dimiſſa turba, aſcendit dominus in montem ſolus orare. In quo docemur quod dum orare uolumus, turbam debemus fugere, ne turbemur.

Mat. 6. Luc. 18. Dñs & ſaluator noſter in euangeliјs nos orare docuit uerbo. Sic ergo orabitis, Pater noſter &c. Oportet ſemper orare & nunquam deficere.

Ioan. 14. Itē animauit promiſſiōe. Luce. 6. Petite & accipietis. Itē ſi quid petieritis patrē in nomine meo, faciam.

Informauit exemplo, Ipſe enim q Mat. 14.
poterat imperare, uolebat orare.

Specialiter autem, inſtãte perſecu Mar. 1.
tione paſſionis ſuæ, orauit, & orare Luc. 9.
monuit, Vigilate & orate, aiebat. Mat. 26.

Quãdo Maria Magdalena ueniã Luc. 22.
obtinuit a domino dicente: Remit- Luc. 7.
tuntur tibi peccata, nihil uocaliter
oraſſe dicitur, ſed fleuiſſe. Vbi appa-
ret efficacia mentalis deſiderij, etiã
ſine oratione uocali.

Ad inſtantiam orationis, domi- Luc. 11.
nus nos inducit, exemplo amici ad
amicum media nocte euntis.

Et exẽplo uiduæ, quæ ab iniquo Luc. 18.
iudice, cum importunitate multa, ſe
ſe uindicati petebat.

Ad humiliter, orandum & iactan- Ibidem.
tiam contemnendam, inducit domi
nus exemplum de ſuperbo phariſæo
& humili puhlicano.

Poſt aſcenſionem domini in cœ- Actu. 1.
lũ, reuerſi ſunt diſcipuli in Hieruſalẽ

& erant omnes perſeuerantes in ora tione unanimiter, cum mulieribus & Maria.

Actu.1. Apoſtoli uolentes unum de diſci pulis eligere in apoſtolũ, loco iudæ, ſtatuerũt duos ioſeph & Matthiã: et orantes dixerunt: Tu dñe, qui noſti oĩum corda oſtẽde quem elegeris.

Actu.2. Omnes fideles in primitiua eccle ſia, perſeuerantes erant in doctrina Apoſtolorum, communicatione & fractione panis, & orationibus.

Actu.3. Item Petrus & Ioannes aſcẽderũt in tẽplum, ad horã orationis nonã.

Actu.4. Cum oraſſent diſcipuli unanimi ter una uoce, motus eſt locus, in quo erant congregati, & repleti ſunt om nes ſpirituſancto, & loquebãtur uer bum dei in fidutia.

Actu.7. Lapidabant Stephanum iudæi in uocantem & dicentem: Domine ie ſu, accipe ſpiritum meum. poſitis autem genibus, clamauit uocẽ ma

gna dicens: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.

Petrus & Ioanes orauerunt pro illis de Samaria, ut acciperent ſpiritũ ſanctum. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Actu. 8.

Paulus ad terram proſtratus, & ſalubriter excæcatus poſtea ſurrexit. Et in Damaſcum ueniens, orare cœpit, & fuit tribus diebus non manducans. Actu. 9.

Cornelius Centurio erat uir religioſus & timens deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas & deprecans dominum ſemper. Et per hoc diſpoſuit ſe ad fidem. Vnde ſeqtur, Orationes tuæ & eleemoſynæ aſcenderunt in memoriam, in conſpectu Dei. Act. 10.

Petrus ſeruabatur in carcerẽ Herodis, oratio autẽ fiebat, ſine intermiſſione ab eccleſia, ad deum pro eo. Act. 12

Act. 13. Cum dixisset spiritussanctus. Se-
& seque. gregate mihi Barnabam & paulum ad opus, ad quod assumpsi eos. Sequitur, Tunc ieiunantes & orãtes, eisque manus imponentes, dimiserũt illos. Et sequitur, Fecerunt mirabilem fructum.

Act. 10. Ascendit petrus in superiora domus, ut oraret circa horam sextã, ut scilicet posset orare deuotius, a familia inferius existente remotus.

Act. 16. Cum iret paulus ad orationem, obuiauit puellæ, quæ spiritum phytonem habebat, quem paulus expulit, præcipiens ei in nomine Iesu.

Act. 20. Recedens paulus a fratribus de Achaia, post paucos sermones et pia uerba, positis genibus, cũ omnibus illis orauit. Magnus autem fletus factus est omnibus.

Act. 22. Cum orasset in templo paulus, factus est in stuporem mẽtis, uidit dominum iesum, dicentem: Festina &

exi uelociter de Hierusalem.

Patre publij febrib' & dysenteria laborante, cum orasset paulus, & imposuisset ei manus, sanauit eum. Act. 28.

Apostolus paulus orandum esse, sine intermissione monebat, hoc ipsumque solicitus faciebat. Rom. 1. Sine intermissione memoriã facio uestri semper, in orationibus meis. Thes. 5.

Adeo grãde & arduum opus est orare, quod ipse paulus ad id agẽdũ, dicebat se sufficientem non esse. Rom. 1.

Quod oremus sicut oportet nescimus, propter qđ ipse orationes aliorum frequenter & humiliter flagitabat: Fratres orate pro nobis. Rom. 8.

Petebat etiã paulus orationes fieri pro malis amouendis, & pro bonis obtinendis. De primo. Obsecro uos fratres, ut adiuuetis me, in orationibus uestris ad deum, ut liberer ab infidelibus. Quod autem aliorũ se orationibus iuuari crederet, dicit: 2. Tes. 3. Ro. 15 2. Col 4.

De tātis periculis eripuit nos de⁹.
De secūdo, quod bona obtinere per
Colos.4 aliorꝫ orōnes optabat, ait: Orātes ꝑ
nobis, ut deus apiat nobis ostiū ser
monis, ad loquēdū mysteriū xp̄i. Et
alio loco Fratres orate pro nobis, ut
sermo dei currat & clarificetur.
2.The.3 Orabat Paulus pro alijs, ut eos ui
dere & in eis fructificare posset. Me
moriam uestri facio semper in ora-
tionibus meis, obsecrans, si quando
prosperum iter habeam, in uolunta-
te dei ueniendi ad uos.
Rom.1. Et ad Titum, Sine intermissione
habeo tui memoriam in oratiōibus
meis, nocte ac die, desiderās uidere.
Tit.1. Item pro Thessalonicensibus, ut
deus eos ad uiā salutis uocaret, Ora
mus semꝑ pro uobis, ut uos dignos
hēat ista uocatione dn̄s deus noster.
2.phi.1 Et pro Philippēsibus, ut ip̄i de bo
no in melius proficerēt. Hoc oro, ut
charitas ur̄a magis ac magis abūdet

Item ut plenitudinem diuinæ co Col.1.
gnitionis haberent, Non cessamus,
pro uobis orantes & postulãtes, ut
ĩpleamini agnitione uolũtatis eius. Iac.5.
Apostolus Iacobus orationẽ di-
cit ualere pro obtinenda corporali
salute. Oratio fidei, saluabit ĩfirmũ.
Itẽ & pro æterna, quæ est salus sim-
pliciter uera. Orate pro inuicem ut
saluemini, multum enim ualet de-
precatio iusti.

De Fletu. Cap. XVII.

FLeuit Agar, longe ab Hismaele Gen.21.
discedens, nec uoluit uidere pue
rum morientem.

Eiulatu magno fleuit Esau, quod Gen.27
benedictionẽ patris haberet Iacob.

Venit Abraham, ut plangeret Sa Gen.23
ram uxorem suam defunctam.

Eleuata uoce, fleuit Iacob, post- Gen.29.
quam recognouerat Rachel conso-
brinam suam.

Stringens Esau collum Iacob, & Gen.33

osculan eum fleuit.

Gen. 37. Scissis uestibus Iacob indutus ē cilicio lugēs filiū suū multo tēpore.

Gen. 43. Cōmota fuerūt uiscera Ioseph sup fratre suo Beniamin, & eruperūt lachrymæ, & ītroiēs cubiculū fleuit.

Gen. 45. Eleuauit uocem Ioseph cum fletu, & dixit fratribus suis: Ego sum
49. Ioseph. Idem fleuit super patre suo mortuo. Itē: fleuit fratribus eum rogantibus, ut obliuisceretur peccati in eum commissi.

Num. 11 Vulgus promiscuum, quod ascēderat ex Aegýpto, flagrauit desiderio carnium, sedēs & flens, ait: Quis dabit nobis carnes ad uescendum?

Num. 14 Vociferans omnis turba, fleuit, murmurantes & dicentes: Vtinam mortui essemus in Aegypto.

Num. 20 Omnis multitudo uidens occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus.

Deu. 34. Filij Israel Moysen mortuum fle

uerunt triginta diebus.

Angelus domini uenit ad locum flentium, & improperauit filijs Israel beneficia quæ a Deo receperunt, & peccata quæ commiserunt, & leuauerunt uocem suam & fleuerunt. Iud. 2.

Pugnaturi filij Israel, contra filios Beniamin, fleuerunt coram dño. Iudi. 20

Et postmodum, obtẽta uictoria, fleuerũt propter destructionem fratrum suorum. Iud. 22.

Recedente Nohemi, nurus eius flere cœperunt. Ruth. 1.

Orauit Hanna dominum, flens largiter. 1. Reg. 1.

Audita obsidione Iabes Galaad, leuauerunt uocem filij Israel, & fleuerunt. 1. Re. 11.

Lugebat Samuel Saulem, quoniã dominum pœnitebat, quod constituisset eum in Regem. 1. Re. 15.

Dauid & Ionathas osculãtes fle- 1. Re. 20.

uerunt pariter.

1.Re.24 Saul audiens uocem Dauid, qui pepercerat ei, eleuata uoce fleuit.

1.Re.30 Videns Dauid ciuitatem Secelag esse succensam, & abductos homines inde captiuos, planxerunt ipse & populus, qui erat cum eo, donec deficerent in eis lachrymæ.

2.Reg.1 Planxit Dauid super Saul & Ionatham, & alios interfectos.

2.Reg.3 Dauid & oīs populus fleuerunt super Abner, quem occiderat Ioab.

2.Re.12 Noluit Dauid flere pro filio paruulo mortuo, & tamen fleuit pro infirmo.

2.Re.18 Quanuis Absalon exhibuerit se pessimum erga patrem, tamen Dauid fleuit eū miserabiliter mortuū.

2.Reg.8 Eliseus uidens Azaelem coram se, cœpit flere, propter mala, quæ ille erat facturus filijs Israel, cum ipse esset futurus rex Syriæ.

4.Re.20 Fleuit Hezechias fletu magno,

orans dominum pro morte, quam sibi imminere in proximo putabat.

Cum audisset Iosias rex Iuda cō- 4.Re.22
minationes scriptas in libro Legis domini propter peccata, scidit uestimenta sua & fleuit, & multum deo placuit.

Cum reædificabatur templum 1.Esd.3
ab ijs, qui redierunt de Babylone, non poterat quisquā agnoscere uocem clamoris lætantium, & uocem fletus populi.

Orante Esdra & flente, propter 1.Esd.9.
commixtionem populi Gentilis cū Iudæis, collectus est ad eum cœtus grandis uirorum & mulierū & fleuit populus multo fletu.

Cum audisset Nehemias misera- Neh.1.
bilem statum ciuitatis Hierusalem, fleuit diebus multis, & ieiunabat et orabat, ante faciem dei cœli.

Tobias mãducauit panem cum Tob.2.
luctu & tremore, quia corpus iugu-

lati proximi, in domo habebat, qđ nocte sepelire uolebat.

Tob. 3. Postea auditis sermonibus uxoris, ingemuit & cœpit orare cum lachrymis.

Eodem. Sara filia Raguelis, audita ab ancilla graui contumelia, orauit ad dominum cum lachrymis, ut ab illo improperio eam liberaret.

Tob. 5 Cum recessisset a parentibus suis Tobias iunior, cœpit flere mater eius, & dixit Baculum senectutis nostræ tulisti.

Tob. 10. Moram faciēte Tobia, fleuit mater eius irremediabilib⁹ lachrymis, atq; dicebat, Heu mihi, fili mi, ut quid misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum &c.

Tob. 7. Raguel cognoscens Tobiam iuniorem cū lachrymis osculatus est eum, & plorauit super collum eius.

Tob. 9. Veniens Gabelus ad domū Raguelis, uidēs Tobiā iuniorē discum

bentem fleuit & benedixit eum.

Exurgens cæcus Tobias, occurrit filio suo redeunti, & suscipiens osculatus est eum cum uxore sua, & cœperunt flere præ gaudio. Tob. 11

Cũ exposuisset Achior oĩa, quæ dixerat Holofernes, omnis populus cõmuni lamentatione & fletu, unanimes preces domino effuderunt. Judith. 5

Factus est fletus & ululatus magnus in ecclesia, per multas horas una nocte clamauerũt ad dñm, dicẽtes, Peccauimus cũ patribus nr̃is. Judith. 6

Stetit iudith ante lectũ Holofernis orans cũ lachrymis, Vt deus id qđ cogitabat, perficere dignaretur. Judit. 13

Cum audisset Mardochæus iniquã sententiam contra iudæos prolatam, scindit uestimenta sua, & indutus est sacco, spargẽs cinerem capiti suo, & cum eiulatu clamans: aĩ sui amaritudinem ostẽdebat. In omnibus quoq; prouincijs, ad quas cru Esth. 4.

dele regis dogma peruenerat, plan-
ctus ingens erat apud Iudæos, ieiu-
nium, ululatus & fletus.

Est. 6. Postquam Aman uidit Mardo-
chæum tam magnifice honoratum
festinauit ad domum suam lugens
operto capite.

Iob. 30. Sanctus Iob fleuit pro miserijs
proprijs. Versa est in luctum cithа-
ra mea, & organum meum in uocē
flentium. Cuius fletus uehementia
apparet per hoc, quod dixerat, Fa-
cies mea intumuit a fletu, & palpe-
bræ nostrę caligauerunt.

Fleuit idem pro miserijs alienis.
Eodem. Flebam super eo quondam qui af-
flictus erat, & compatiebatur ani-
ma mea pauperi. Et post, Mœrens
incedebam &c.

Psal. 50. Rex & Propheta Dauid habebat
de lachrymis suis lauachrum: Laua
uabo per singulas noctes lectum
meum, & de lachrymis meis stra-

tum meum rigaui.
Fuerunt ei alimentum & potus Psal.41.
fuerunt mihi lachrymæ panes die
ac nocte, potũ nobis in lachrymis, Psal.101
in mensura. Et alibi, Poculum meũ
cum fletu miscebam. Vnde uersus
uulgatus habet. Huic lachrymæ, la-
uachrum panis, potusq; fuerunt.
Plorauit etiam Dauid uitam suã Psal.55.
recolendo, Deus uitam meã annun-
ciaui tibi, posuisti lachrymas meas
in conspectu tuo.
Item cœlestis patriæ recordãdo. Psal.36.
Super flumina Babylonis illic sedi-
mus & fleuimus.
Item orando dominum, Exaudi Psal.94.
domine deprecationem meam, au-
ribus percipe lachrymas meas. Et
alibi, Ploremus coram domino qui
fecit nos.
Videns Esaias destructionem po Esa.22.
puli sui, dicebat: Recedite a me, ama
re flebo. Noli te incumbere, ut con-

ſolemini me, ſuper uaſtitate filiæ populi mei.

Hie. 13. Dixit Hieremias, Audite & auribus percipite, Nolite eleuari, quia dominus locutus eſt. Sequit̃, Quod ſi hoc non audieritis in abſcondito, plorabit anima mea a facie ſuperbiæ. Plorans plorabit &c.

Hie. 2. Copioſi fletus in Hieremia ipſo, ſigna erant multæ lachrymæ. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum.

Thre. 2. Item et multi gemitus. Iccirco ergo plorans & oculus meus deducẽs aquam. Sequit̃, Multi gemitus mei & cor meum mœrens.

Thre. 3. Et clamoſi ſingultus, diuiſiones aquarum deduxit oculus meus. Sequitur, Ne auertas faciem meam a gemitu & clamoribus.

Dan. 10 Et oculorum defectus, defecerũt præ lachrymis oculi mei & conturbata ſunt uiſcera mea.

Ego Daniel lugebam trium heb- Dan.10.
domadarum diebus, panē desiderabilē
non comedi, & caro & uinum non
introierunt in os meum.

Flebant amici Susannæ, cum ui- Dan.12
derent presbyteros aduersus eam te
stimonium prolaturos, & ipsa etiā
flens inspexit in cœlum, erat enim
cor eius habens fiduciam.

Antiochus fecit in Hierusalē cæ- 1.Mac.1
dem magnam hominum, & factus
est plāctus magnus in israel, & om
nis maritus sumpsit lamentum, &
quæ sedebant in thoro maritali lu-
gebant.

Planxit israel plāctu magno, pro- 1.Mac.2
morte Matathiæ.

Fleuerunt omnes de israel iudam 1.Ma.9
Machabæum, planctu magno di- 13.
es multos, dicentes. Quomodo ce-
cidit potens, qui saluum faciebat
israel.

Interfecto ionatha, & duobus 1.Ma.12

filijs eius cum mille uiris, quos retinuerat sibi, a Tryphone, luxit Israel luctu magno.

2. Ma. 4. Contristatus est Antiochus, propter iniquam mortem Oniæ, & flexus ad misericordiam, lachrymas fudit, & recordatus est defuncti sobrietatem & modestiam.

Mat. 2. Occisis bimatis pueris per Herodem, impletum est, quod dictum ē per Hieremiam Prophetam, Vox in Rhama audita est, ploratus & ululatus multus &c.

Mar. 9. Pater pueri lunatici exclamans cum lachrymis, aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meā.

Luc. 7. Maria Magdalena legitur ter fle-
Ioh. 11. uisse, pro peccatis suis ad pedes do-
20. mini. Secundo, pro morte fratris. Tertio, pro passione domini.

Ioan. 11. Saluator noster inuenitur tribus uicibus lachrymas fudisse, super Lazarum quem ad mortalem uitam

reuocabat. Super Hierusalem ciuitatem, quã propter peccata destruẽdam sciebat. Et in cruce quando se ipsum pro mundi peccatis hostiam offerebat, ut ait Paulus, Preces cũ lachrymis & clamore ualido offerẽs. Luc. 19. Heb. 5.

Post negationẽ tertiam, Petrus egressus foras, fleuit amare. Sed nota, Quod Lucas pręmisit, dicens; Respexit dominus Petrum. Luc. 22.

Eundem dominum ad crucem sequebatᷓ multa turba populi, & mulierum, quem plangebant, & lachrymabantur eum. Luc. 23.

Paulus Apostolus cum lachrymis domino seruiebat, ait enim, cũ malediceret fratribꝰ, vos scitis qualiter uobiscum per omnem tempus fuerim, seruiens domino cũ humilitate & multis lachrymis. Act. 20.

Item cum lachrymis proximos monebat, & ipsos ad lachymas prouocabat, Per triennium, ait, nocte Act. 20.

& die non cessaui cum multis la-
chrymis, monens unumquenque
uestrum. Sequitur, Magnus fletus
factus est.
Phil.2. Item cum lachrymis scribebat
epistolas suas. Ex multa tribulatio
ne & angustia cordis scripsi uobis,
per multas lachrymas. Multi ambu
labant, quos sæpe dicebam, uobis,
nunc autem flens dico.
Rom.3. Et ad Romanos ait, Spiritus po-
stulat pro uobis gemitibus inenar-
rabilibus, tales autem gemitus, non
solent esse sine fletu.
Act.2. Cum aduenisset Petrus ĩ Ioppen
circunsteterunt eum omnes uiduæ
flentes, & ostendentes ei tunicas &
uestes, quas faciebat illis Dorcas.

De iuramento. Cap. XVIII.

Gen.22. Dixit Abimelech Abraham, De
us tecum est in uniuersis, quæ
agis, Iura ergo mihi. Dixitq; Abra-
ham, ego iurabo.

Iacob & Laban inierunt fœdus, Gen.31.
& iurauit iacob per timorem patris
sui isaac.

Moyses iurauit quod habitaret Exod.2.
cum ietro, & acciperet Sephoram fi
liam eius in uxorem.

Pepigit ionathas fœdus cum Da 1.Re.20
uid in domino, & iurauerũt ambo.

Audiens Dauid duritiam Nabal, 1.Re.25
ait: Hoc faciat dñs inimicis Dauid,
& addat, si reliquero de omnibus,
quæ ad eum pertinẽt usq; ad mane,
etiam mingentem ad parietem.

Flẽte Dauid pro morte Absolon 2.Re.19
filij sui, dixit ioab, Surge et procede,
& alloquens satis fac seruis tuis. Iu
ro enim tibi per dominum: quod si
non exieris: ne unus quidem reman
surus sit tecum nocte hac.

Dauid iurauit Bathsabę mr̃i Salo 3.Re.1.
mõis, qđ Salomõ regnaret post eũ.

Rex Salomon, audita petitione 3.Re.2.
matris pro Adonia, iurauit per

dominum, Hoc faciat mihi deus, & hoc addat, quia contra animam suã locutus est uerbum hoc.

3.Re.17. Dixit Helias Thesbytes ad Achab regem Israel: Viuit deus meus Israel, in cuius conspectu sto, si non erit ĳs annis ros & pluuia, nisi iuxta os meum.

3.Re.20 Benadab rex Syriæ indignatus ad responsionem Achab, ait: Hoc faciunt mihi dĳ, & hoc addant, si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi, qui sequitur me.

3.Re.19. Simile iuramẽtum fecerat impia Iezabel. qđ occideret Heliam Prophetam.

4.Reg.2 Dixit Helias ad Eliseum, Sede hic quia dominus misit me usq; ad Bethel: cum ait Eliseus: Viuit deus, uiuit anima tua, quia non derelinquam te.

Iudic. 1. Nabuchodonosor iurauit p̄ thronum suum quod defenderet se.

Rex Antiochus filius Antiochi, 1.Ma.6.
misit ad iudæos pacem facere,& iu
rauit illis rex et princeps. Sequitur,
Et rupit citius iuramētum.

Herodes Tetrarcha iurauit filiæ Mar.6.
Herodiadis,Quicquid petieris,da-
bitur tibi,licet dimidium regni.

Petrus dicentibus sibi, Et tu ex Mat.26.
illis es, nam & loquela manifestū
te facit: Cœpit detestari & iurare,
quia non nouisset hominem.

Apostolus Paulus multoties le- 2.Co.11
gitur iurasse in epistolis, sic enim
ait,Deus & pater domini nostri Ie
su,scit,quia non mentior. Et ad Ga Gala.1.
latas:Ecce coram deo, quod nō mē
tior,testis est mihi deus,cui seruio.

Item ad Colossenses Testē deū
inuoco,in animam meam.

De sabbati obseruatiōe. C.XIX.

OBseruatio Sabbati originem Gen.2
trahit ex eo,quod dicitur,Be-
nedixit dn̄s diei septimo,& sanctifi

cauit illum, quia in ipso cessauit ab omni opere suo.

Exo. 16. Sexto die filij israel in deserto colligebant Manna, in duplici quantitate, ut die sabbati uacarent ab omni opere.

Exo. 20. Item in præceptis decalogi, solius mandati de obseruatione Sabbati, ratio redditur. Quia minus de ratione habere apud carnales homines uidebatur.

Præceptum, de obseruatione sabbati, frequenter in lege reperitur, ut homo id diligenter obseruet, & ut ueram requiem adipisci laboret.

Nū. 28 Die sabbati offerebanť duo agni diebus alijs unus tantum, nisi in solennitatibus & calendis. Ad designandum quod in festis abundantius deum laudare debemus.

Num. 15 Homo dephēsus colligere ligna in sabbato: fuit precepto domini, a toto populo lapidatus.

Videns Nehemias homines tor culariа calcantes, & onera portantes uenalia in Sabbatis obiurgauit eos, tanquam diem sabbati prophanantes. 2.Es.13

Gentiles ex parte Antiochi, constituerunt prælia in diebus sabbatorum, aduersus quosdam, qui fugerant de Iudæa, At illi non miserunt lapidem, nec oppilauerunt loca occulta, dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra. De quibus est aduertendum, Quod licet in hoc erga mandatum domini deuotionem ostenderint, tamen attendentes postea quod in hoc populus domini dispergi poterat cogitauerunt saniori consilio, dicentes: Omnis homo quicunque uenerit ad nos bello in die sabbatorum, pugnemus aduersus eum: Non enim dicitur opus seruile, pugnare pro tuenda uita, uel pro lege Dei. 1.Ma.2

2.Mac.8 Machabæus Iudas & ſocij ſui pu gnantes cõtra Nicanorem & exercitum ſuum interfecerunt. 9000. hominũ, cæteros autem fugere cõpulerunt, ſed non perſeuerauerunt inſequentes, eo quod erat ante ſabbatũ.

2.Ma.15 Nicanor cogitauit cũ omni impetu, die Sabbati bellum cõmitter: ſed iudæi qui eum per neceſſitatem ſequebantur, dixerunt ei: Ne ita ferociter ac barbare feceris. ſed honorem tribue diei ſanctificationis.

Mat. 12 Diſcipulis Domini uellentibus ſpicas & manducantibus, dixerũt phariſæi, Ecce faciunt quod non licet facere ſabbatis. At ille dixit eis, Non legiſtis, quod fecit Dauid, Sequit, Dñs eſt filius hoïs ẽt ſabbati.

Num. 12 Saluator noſter legitur, in ſabbatis multa feciſſe miracula, ut patet per omnia euangelia. Cuius ratio

Luc. 6. triplex aſſignari poteſt. Vna, ut ſe dñm oſtẽderet, ut ſupra Mat. 12. Se

cunda, ut uerã intelligentiam pce-
pti daret: qa non ab oí opere cessan
dum. Mat. 12. Lu. 6. An licet sabba
to bñfacere an male? animã saluam
facere, an perdere? Tertia ut plures
homines audientes eum & uiden-
tes, ædificaret ut Lucæ. 13.

Cum curasset inclinatam mulie rem, Archisynagogus indignãs, qa curasset sabbato, Iesus dicebat tur- bæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari, in his ergo uenite & cura- mini, & non in die sabbati. Luc. 13.

Respondens dominus Iesus Ar
chisynagogo, dixit: Hypocritæ,
unusqsq; urm sabbato nõ soluit bo
uem suũ aut asinum a psepio, & du
cit adaquare? Hãc autem filiã Abra
hæ quã alligauit Satanas, ecce decẽ
& octo annis. non oportuit solui a
uinculo isto die sabbati? Et cũ hæc
diceret erubescebant oẽs aduersarij
eius, & oĩs popul9 gaudebat in uni

uersis q̃ gloriose a xp̃o Iesu fiebant.

Luc.24. Mulieres sanctæ: quæ parauerãt aromata, ad ungendum corpus dominicum, ita districte seruabãt sabbatum, ut tali die noluerint tã sanctum corpus inungere. Vnde sabbato quidem siluerunt, secundum præceptum.

Ioan.19 Sabbato requieuit dñs ĩ sepulchro.

Act.13. & .16. Dies sabbati erat apta specialiter & conueniẽs, ad audiendum uerbũ & legem dei, uoces prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur.

De reuerentia templo exibenda. Caput. XX

Exo.30. Locutus dominus ad Moysen dicens: Facies labiũ æneum ad lauãdũ, & missa aqua, lauabũt in eo Aarõ & filij eius, manus suas ac pedes quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij.

Num.4. Non licebat, nisi paucis, intrare tabernaculũ, nec uasa ipsius tãgere.

Diligentior & feruentior fuit Sa- 3.Re.6.
lomon, in ædificatione templi dei,
quam in ædificatione domus pro-
priæ. Nam domum dei compleuit
septē annis, domū uero propriā, tre
decim annis. Prȩterea citius cœpit
ædificare templū quam domū suā.

Magnam fecit Salomon solenni- 3.Re.8.
tatem, in ædificatione templi.

Prȩcepit Ioiada Pōtifex, ut Atha-
lia educeretur extra tēplum, & non 4.Re.11
occideretur in templo domini.

Magnam curam uidebatur do- 1.Esd.1.
minus habere de templo, quando
præcepit Cyro regi Persarum, Vt
ædificaret ei domum in Hierusalē.
Et intelligitur de templo materia-
li, sicut patet in textu. Et hoc p Esa- Esa.45.
iam, per. 200. annos.

Reuersi de Babylonica captiui- 1.Esd.3
tate Iudæi, prius cœperunt ȩdifica-
re templum, quam muros ciuita-
tis; Licet multos haberent iniquos

de quibus die ac nocte timebant.
Commendatur Tobias, qa ibat in Hierusalem ad templū domini, & ibi orabat dominum.
1.Mac.4 Obtenta uictoria de inimicis, q̄ contaminauerūt templum, dixit Iudas & fratres eius, anteq̄ de domibus ꝓpriis aliquā facerēt mētionē. Ecce cōtriti sunt inimici nr̄i, ascēdamus nūc mūdare sancta, et renouar̄
1.Ma.10 Rex Dimetrius stauit, quod quicunq; cōfugerit in templum, quod est Hierosolymis, & in omnibus finib⁹ eius, obnoxii regi in omni negotio, dimittantur.
2.Ma.15 Euntibus Iudæis ad bellum, cōtra Nicanoris exercitū, erat ꝑ uxoribus & filiis, item pro fratribus & cognatis minor solicitudo, maximus uero & primus pro sanctitate timor erat templi.
Lucæ.2 Quadragesimo die, uoluit dominus in templum deferri & offerri.

Item, duodecim annorũ factus, Eodem. disputans in templo, fuit inuentus.
Postea de templo uendentes & Mat. 12. ementes pluries eiecit.
Idem in templo frequenter do- Iohã. 2. cuit, & miracula quędã fecit.
Arguit dominus pharisæos, q̃ di Luc. 19. cebant aurum templi sanctius esse templo.
Recepto sancto spiritu, Petrus et Mat. 11. Ioannes ascenderunt in templũ, ad Luc. 20. horam orationis nonam. Et tunc fa Mat. 22 ctũ est primum sanitatis miraculũ, Actu. 3. quod factum fuit post ascẽsionem domini.
Angelus domini p̱ noctem, ape Actu. 5. riens ianuam carceris & abducens apostolos, dixit, Ite, & stãtes loqui mini in templo plebi omnia uerba uitæ huius.
Commẽdatur Eunuchus ille Cã Actu. 8. daces reginę Aethiopum: quia de Aethiopia uenit adorare in Hieru-

salem. Sed nota, quod etiam sedens in curru, legebat Esaiam prophetam. Quod est contra multos, qui euntes ad loca sancta, non legunt

Ibidem. uel referunt sacra documenta, sed multiplicant uana uerba.

Act. 21. Quanuis Iudæi, graui odio persequerentur Paulum tñ in templo noluerunt occidere, sed traxerunt eum extra tẽplũ, ut foris occiderẽt.

De adoratiõe et cultu dei. C. xxi.

Gene. 4. FActum est, ut offerret Cain de fructibus terræ munera domino, Abel quoque obtulit de primo genitis gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit numera Abel.

odem. Enoch filius Seth, cœpit inuocare nomen domini.

Gene. 8. Aedeficauit Noe altarẽ domino. & tollens de cũctis pecoribus mũdis & uolucribus, obtulit holocaustum: odoratusq; est dominus odorem suauitatis.

Apparuit dominus Abrahã in terra Chanaam, & dixit ei, semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare dño, q apparuit ei. Gen. 12

Cum eleuasset oculos Abrahã, apparuerunt ei tres uiri, stãtes prope ipsum: quos cum uidisset, adorauit in terra, & dixit, Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. Gen. 18.

Paratus fuit Abrahã offerr deo, unicũ filium suũ Isaac in holocaustum. Sed domino aliter prouidente, arietem obtulit, Gen. 22.

Apparuit dñs in Bersabee Isaac, dicens, Noli timere, quia ego sum tecum. Sequitur, Aedificauit ibi altare domino &c. Gen. 26.

Locutus est dominus Iacob, dicens, Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare domino, qui apparuit tibi, quãdo fugiebas Esau fratrem tuum. Gen. 25.

Exo. 4. Audierūt filij iſrael, quod uiſitaſ ſet eos dominus, & quod reſpexiſ ſet afflictionem eorum, & proin adorauerunt.

Exo. 12 Poſtquam loquutꝰ eſt dominus ad Moyſen, de religione phaſe, & percuſſione primogenitorum Ae gypti. Sequitur, Incuruatus popu lus adorauit

Exo. 18. Iethro dixit Moyſi, Eſto tu po pulo in his, quæ ad deum ſunt, ut re feras quæ dicuntur ad eum, oſtēdaſ que populo ceremonias & ritū co lendi &c.

Exo. 24 Dixit dominus ad Moyſen aſcen de in montem tu & Aaron, Nadab & Abihu & ſeptuaginta ſenes ex iſ rael, & adorabitis procul. Et poſt pauca ſequitur, Obtuleruntq́; uicti mas pacificas dn̄o, uitulos duodecī

Exo. 25. Prçcepit dn̄s ſibi fieri tabernacu lū, cū uarijs utēſilibus, & miniſtros ad miniſteria ordinari, ad cultum

ipsius. Vt patet in multis cap. Exo.

Primum præceptũ decalogi est, Exo. 20
Nõ habebis deos alienos, Nõ facies tibi sculptile, Nõ adorabis ea, neq; coles. Et alibi, Dominum deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. Deut. 6.

Angelus dñi dixit ad Manue, pa trem sansonis, si uis holocaustum facere offer illud domino. Iudi. 13

Elcana pater Samuelis, ascende- bat de ciuitate sua, statutis diebus, ut adoraret & sacrificaret domino deo exercituum in Silo. 1. Re. 1.

Erat peccatũ, filiorum Heli, grã de nimis coram domino, quod de trahebant homines à sacrificijs dñi. 1. R. e. 2.

Cum Samuel offerret domino holocaustũ pro populo, philistijm inierunt prælium contra israel. In tonuit autem dominus fragore ma gno, super philistijm, & exterruit eos: & cęsi sunt a filijs israel. 1. Re. 7.

Rex Dauid, solicite dei cultum 1. pa. 15. usq; 25.

in cantoribus & sacerdotibus, studuit ampliare.

1. Reg. 3 Abijt Salomõ, ut immolaret domino, in Gabaon, mille hostias in holocaustum obtulit, apparuitq; ei dominus per somnium.

3. Re. 8. Salomon ædificato templo, stetit ante altare domini, in conspectu ecclesiæ israel expandens manus suas in cœlum, utrunq; genu in terram fixit, & orauit.

Nehe. 9. Reuersi filij israel, de captiuitate Babylonis, legerũt in uolumine legis dei sui, quater in die et q̃ter'ĩ nocte confitebantur dñm deum suũ.

Tob. 1. Cum irent omnes filij israel ad uitulos aureos, Tobias fugiebat cõsortia eorum & pergebat in Hierusalem ad templum domini: & ibi adorabat dominum deum.

Ibo. 1. Cũ audisset Iob nunciorũ uerba, dicẽtiũ sibi ꝑditionẽ reꝝ suaꝝ, surrexit, et corruẽs ĩ terrã adorauit et di-

xit, Nud⁹ egressus su; de utero &c.

Quãuis esset prohibitum, quod nullus aliud peteret ab aliquo deo, uel homine, usq; ad triginta dies, nisi a solo rege Dario: tamen Daniel tribus temporibus in diẽ, flectebat genua sua in cœnaculo suo, & adorabat, cõfitebatq; corã dño deo suo Dan. 6

Magi intrantes domum, inuenerunt puerũ cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eũ. Ecce miræ humiliatis deuotio. Quid ergo debent facere Christiani, domino iam regnanti? Si sic fecerunt gentiles puero uagienti? Mat. 2.

Cum descendisset Iesus de monte, leprosus ueniẽs, genu flexo, adorauit eum dicẽs: Domine, si uis, potes me mundare. Mat. 8.

Cæcus natus procidens, adorauit eum. Iohan. 9.

Discipuli post resurrectionẽ dominum adorauerunt. Mat. 28.

Act. 14. Sacerdos & populus de Lystris uidentes paulum & Barnabã, deos eos esse credentes, uoluerunt sacrificare eis, quod illi prohibuerunt.

Apo. 19 Cecidit Iohannes ante pedes angeli, ut adoraret eum. Respondit ei angelus, Vide ne feceris, conseruus tuus sum, &c. Deum adorauit.

De Idololatria. Cap. XXII.

Exo. 32. VIdens populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus omnis populus aduersus Aaron dixit, Fac nobis deos, qui nos præcedant.

Nũ. 25. Fornicatus est populus filiorum israel cũ filiabus Moab, quæ uocauerũt eos ad sacrificia sua. At illi comederũt, et adorauerunt deos eorũ.

Iudic. 2. Mortuo iosue filio Nũ filij israel fecerunt malum in conspectu domini, & seruierunt Baalim & Astraoth, ac dimiserunt dominũ deum patrum suorum.

Fornicatus est Israel in Ephot, Iudic. 2.
quod fecerat Gedeon. Et factū Gedeoni & oī domui eius in ruinam.

Cum iam senex esset Salomō, de- 3. Re. 12.
prauatū est cor eius per mulieres, ut sequeretur deos alienos: nec erat perfectum cor eius.

Cogitato consilio Hieroboam fe 3. Re. 12.
cit duos uitulos aureos, & dixit, Ecce dīj tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti.

Non suffecit Achab regi Israel, 3. Re. 16.
ut ambularet in peccatis Hieroboam, sed insuper seruiuit Baal, & adorauit eum.

Aedificauerunt uiri de Iuda aras, 4. Re. 14.
statuas, & lucos, super omnem collem excelsum, & subtus omnem arborem frondosam.

Achaz rex Iuda ambulauit in uia 4. Re. 16.
regum Iuda & Israel. Insuper & filium suum consecrauit, tranferens per ignem.

4. Re. 17 Translatis filiis Israel in Assyrios, collocatæ sunt diuersæ gentes in ciuitatibus Samariæ, & unaquæque fecit deum suum. Et quum dominũ colerẽt, diis quoque suis seruiebãt, iuxta consuetudinen gentium.

Ibidem. Confusus & uituperatus Sennacherib rex Assyriorum, reuersus est in Niniuen, ab impugnatione Hezechiæ regis Iuda. Cumque oraret in tẽplo Nesrach deum suum. Adramelech & Sarasar filii eius percusserũt eum gladio, & fugerunt.

Manasses Rex Iuda, erexit aras Baal, & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam.

Iudith. 6 Holofernes indignatus contra Achior, qui commendauerat potentiam dei Hebræorum, dixit, Quod ostenderet ei, quod non esset deus, nisi Nabuchodonosor.

Dan. 3. 6 Nabuchodonosor fecit statuam auream, & pręcepit ut omnis popu

lus, & tribus, & linguæ cadentes, adorarent eam.

Darius rex Persarum, proposuit edictū qđ nullus intra triginta dies peteret aliquid, a quocunq; deo uel homine, nisi ab ipso Dario rege.

Erat idolum in Babylone, Rex quotidie adorabat: quod cum Daniel subuertisset, Babylonīj draconem adorauerunt. Dan. 14.

Antiochus iussit adorari idola, ædificare aras & templa, & immolari carnes suillas, & relinquere filios suos incircuncisos. 1. Mac. 1

Cum Paulus maneret Athenis, incandescebat spiritus eius in ipso, cum uideret simulachrorum cultui deditam ciuitatem. Act. 17.

De blasphemia contra deum. Cap. XXIII.

FIli' mulieris Israelitidis, p̄cepto dn̄i lapidatus fuit ĩ deserto; ꝑ eo quod nomen dn̄i blasphemauit. Leui. 24

1.Reg.2 Dixit Heli filijs ſuis, Si peccauerit uir in uirum, placari poteſt ei dominus: ſi autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo?

2.Re.12 Natham propheta, multum exaggerauit peccatum Dauid, ex eo, qđ blaſphemare fecerat inimicos nomen domini.

3.Re.20 Vir Dei dixit ad regem Iſrael, Quia dixerũt Syri, deus montium, eſt dominus eorum, & nõ eſt deus uallium, dabo omnem multitudinẽ grandem hanc in manu tua.

3.Re.21 Videtur quod maius peccatum nequiuit excogitare nequiſſima Iezabel, ad cito lapidãdum Nabaoth, quam blaſphemiam, quam illi fecit imponi.

4.Re.19 Multum diſplicuerunt deo blaſphemiæ quas dixerunt ſerui Sennacherib Regis Aſſyriorum, unde percuſſit angelus domini centum octoginta milia hoĩum de exercitu ſuo.

Non expedit ſimplices homines 4. Re. 18
contra blaſphemias infidelium diſ-
putare, propter hoc, prohibuit He- Eſa. 36.
zechias, ne populus imperitus, blaſ-
phemiæ Rabſacis Aſſyrij rñderet.

Holofernes indignatus, eo quod Iudit. 6.
Achior potentiam dei cœli commē-
dauerat, dixit ad eum. Quoniā pro-
phetaſti, quod gens Iſrael defenda-
tur a deo ſuo, oſtendam tibi quod
nō eſt deus, niſi Nabuchodonoſor,
quum percuſſerimus eos omnes,
quaſi hominem unum.

Cum argueret Hieremias popu- Hei. 44.
lum, pro eo quod ſacrificabant om
nes dijs alienis, reſponderunt, Ser-
monem domini non audiemus, ſed
ſacrificabamus reginę cœli, ſicut fe
cimus nos & patres noſtri, & bene
nobis fuit, quia malū nō uidimus.

Nabuchodonoſor rex Babylōis, Dan. 3.
dixit ſocijs Danielis, qui ſtatuā au-
ream noluerunt adorare. Quis eſt

deus qui eripiat uos de manu mea?
1.Mac.1 Quidam iniqui ex Iſrael in diebus Antiochi ſuaſerunt dicẽtes, Eamus & diſponamus teſtamentum cũ gẽtibus. Quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerũt nos multa mala.
2.Ma.10 Obſidẽte iuda Machabæo quoddam præſidium, quidã gentiles intus exiſtentes, uerba blaſphemię nephanda iactabant, tamẽ cito poſtea concremati fuerunt.
2.Ma.15 Dicentibus Iudęis Nicanori, Eſt dñs potens in cœlo, qui iuſſit agi ſeptimam diem ſolennem: ille infelix ait, Et ego potens ſum ſuper terram qui impero ſumi arma, & negotiũ regis impleri.
Mat.12. Cum eieciſſet dæmonium dñs cæcum & mutum, ſtupentibus turbis, Phariſæi blaſphemabant, dicen-
Lucæ.11 tes, Hic non eijcit dæmones niſi in Beelzebuc principe dæmoniorum.
Mat.27. Pendente domino in cruce præ-

tereuntes blaſphemabant eum, mo
uentes capita ſua &c.

Contradicebant Iudæi his, quæ Act. 13.
a Paulo dicebantur, blaſphemantes &c. 18.
ac contradicentes.

De præceptis dei & obſeruatione eorum. Cap. XXIIII.

PRæceptum leue adimplendum Gene. 2.
dedit dñs primo parenti, dicẽs,
Ex omni ligno paradiſi comede, de
ligno autem ſcientiæ boni & mali
ne comedas.

Male cuſtodiuit, & grauem pœnam incurrit.

Mandata dei, licet uideantur in- Ibidem.
terdum eſſe de re parua, non tamen
parua diligentia ſeruanda ſunt. Qua
puniuntur grauiter tranſgreſſores,
unde dixit Adamo, Quacunque ho
ra comederis de ligno ſcientiæ bo-
ni & mali, morte morieris.

Fecit Noe omnia quæ mandauerat Gene. 7.
ei dominus.

Num.15 Recepturi filij Israel mādata dei, iussi sunt sanctificari. Vade ad populū, et sanctifica eos hodie & cras,

Ibidem. Vnde præcepit filijs Israel, ut ponerent uittas hyacinthinas ꝑ angulos palliorum, quatenus continuam haberent memoriam cœlestium mandatorum.

Iosue. 1. Specialem monitionem fecit dominus Iosue, de meditatiōe et obseruatione legis, quando constituit eū principem super populum.

Num.23 Balaam Ariolus, dixit Balach regi, Nōne dixi tibi quodcunq; mihi deus imperaret hoc facerem? Ecce quantam reuerentiam habebat homo malus ad imperium dei?

Iosue.11 Non prætermisit Iosue de uniuersis mādatis domini, ne uerbū unū.

1.Re.51. Saul signāter electus, ꝓpter transgressionem diuini mandati, irreuocabilirer est reiectus.

1.Par.22 Rex Dauid instruens Salomonē

filium suum post se regnaturum, di cebat, Tunc proficere poteris, si cu- stodieris mandata, quę præcepit do minus Moysi.

Ordinante Ioiada pontifice, edu- xerunt filium regis, & imposuerūt ei diadema, dederūtq; in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum regem. 2.Par.23

Cyrus rex Persarum gentilis mo narcha totius mundi non uerecun- dabatur dicere, Præcepit mihi deus cœli & terræ, ut ædificarem ei do mum in Hierusalem. 1.Esd.1.

Conquerendo dicit dn̄s. Præua- luerunt sermones Ionadab, filij Re- chab, quos præcepit filijs suis, ut nō biberent uinum, qui obedierūt præcepto patris sui. Ego autem lo- cutus sum ad uos, & non obedi- stis mihi. Hier.35.

Melius iudicauit Susanna incide re in manus hominum quam dere- Dan.13.

linquere legem Domini, exponens periculo uitam & famam.

2.Mac.6 Duæ mulieres delatæ sunt natos circuncidisse, quas infantibus ad ubera suspensis cum publice per ciuitatem perduxissent, per muros præcipitauerunt.

Eodem. Eleazarus uir ętate prouectus, duros corporis dolores sustinuit, & tãdem occisus fuit, quia carnes porcinas noluit manducare contra legem, nec etiam simulare se nullatenus manducasse.

2.Mac.7 Propter legẽ Dei septem fratres cum matre sua grauia tormenta passi sunt sub Antiocho.

Lucæ.1. Parentes Ioãnis Baptistæ, erant incedentes in oĩbus mandatis & iustificationibus dñi sine querela

1.Ma.19 Adolescenti querẽti a Saluatore, qd boni faceret ut uitã æternam haberet, responsum est ei a domino, Si uis ad uitã ingredi, serua mandata.

Ad obseruandum præcepta dñi, inducũt nos aliæ creaturæ quæ obediunt ei. De bonis angelis nõ est dubiũ, qui sunt ministri eius facientes uoluntatem & uerbum illius, ut uidere licet. 1. Par. 21. 2. Re. ul.

De angelis uero malis, Præcipiebat spiritui immundo ut exiret ab homine. Lucæ. 8.

Item præcepit Soli & non oritur, Hiob. 9.
Præcepit coruis ut pascerent Heliam & fecerunt. 3. Re. 17.

Generaliter dicit Psalmus, Præceptum posuit, & non præteribit. Ignis, grando, nix glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt uerbũ eius. Psal. 148

De obedientia & inobedientia. Caput. XXV.

Hominem deus uolẽs sub obedientia uiuere, etiã in statu innocentiæ statim ut cõditus est: ipsũ præceptis astrinxit, & eũ cõtra obedientiam uiuentem seuere puniuit. Gen. 23.

Gene.7. Prompte obediuit Noe domino in omnibus quæ ei facienda præcepit tempore instantis diluuij.

Gene.15. Præceptum Dei de circuncisione, quãuis esset graue & insolitum, non distulit Abraham implere usque in crastinum.

Gen.22. Pręceptum Abraham de immolatiõe filij sine mora exequi uoluit. Ecce cõsidera mirabilem eius obedientiam.

Gen.37. Prompte obediuit Ioseph patri ad fratres eũ mittenti, quãuis prius eos accusasset, ob quod merito timere debuerat.

Exo.3.4. Obediuit Moyses domino imponenti ducatum populi. Sed attende cum quanta difficultate, quinquies enim excusat se.

Exo.24. Magnam obedientiam promisérunt filij Israel dicentes, Omnia quę locutus est dominus faciemus, & erimus obedientes, Sed post operi-

bus contrarium fecerunt.

Filij israel per desertum ambulā- Num. 9.
tes, ad imperium domini erigebant
tentoria, & ad imperium eius depo
nebant.

Item filij israel ad terram promis Nu. 14.
sionis iuxta mandatum dñi timue-
runt ascendere, sed postea domino
prohibente ascendere conati sunt,
sed male successit eis.

Euntes ad bellum contra man- Nu. 14. & 31.
datum domini & Moysi, multi ui-
cti a paucis. Cum aũt ex obediẽtia
pugnauerunt, pauci uicerunt.

Quia transgressus est achan man Iosue. 7.
datum iosue, populus in prælio fuit
superatus, & ipse postea a populo
lapidatus.

Saul offerens holocaustum con- 1. Re. 13.
tra mãdatum Samuelis reprobatus
est. Similiter quia pepercit Agag re- 1. Re. 18.
gi Amalech, & gregibus ouium &
cæteris rebus preciosis; & tunc di-

xit ei Samuel, Melior est obedientia quam uictimæ.

1.Re.17. Dauid licet per Samuelem esset unctus in regem, tamen obediebat patri mittenti eum ut portaret uictualia fratribus, quibus tunc fuerat prælectus.

3.Reg.9 Prædixit dñs Salomoni, qđ si faceret oĩa quæ præceperat ei: poneret thronũ regni eius in Hierusalẽ ĩ sempiternũ: si aũt auerteretur & nõ custodiret eius mandata, auferret Israel de superficie terræ.

3.Re.20. Obedientia etiam interdum cõmendatur in ijs, quæ uidentur sine ratione mãdari. Vnde percussus est a leone ille, q noluit percutere quendam de filijs Prophetarum.

3.Re.1;. Vir dei, qui prædixit Hieroboam destructionẽ altaris sui, a leone, occisus fuit, quia contra preceptum domini in domo alterins Prophetę comedit.

Cum mandatum Helizei Naa- 4.Reg.5
man indignatus abiret, dixerunt ei
serui sui, Pater ēt si rē grādē dixisset
tibi ꝓpheta, certe facere debueras.

Tobias iunior auditis exhortatio Tob.5.
nib' pr̄is, respōdit & dixit, Oīa quę
cūq; præcepisti mihi, faciam pater.

Quicquid præcipiebat Mardo- Esth.2.
chæus obseruabat Esther, & ita cun
cta faciebat, ut eo tēpore solita erat
quo eam paruulam nutriebat.

Cōmendantur a domino Recha- Hier.35
bitę, pro eo quod noluerunt uinum
bibere, pręcepto patris obedientes:
dicentis, Non bibetis uinum.

Ionas insipienter refugiebat obe Ionæ.1.
dire Domino præcipienti, ut iret ad 2.3.
prædicādum in Niniue, sed refugiē
do deuenit quo dominus miserat.

Matathias dixit nūtio regis An- 1.Ma.2.
tiochi: Et si oēs obediun' Regi, ego
& filij mei obediemus legi patrum
nostrorum.

1. Ma.7. Dixit unus illorum septem fratrum
Parati sumus mori magis, quam pa
trias dei leges præuaricari.
Lucæ.2. Descendebat puer iesus cum Ma
ria & ioseph in Hierusalē, & & erat
subditus illis.
Mat.4. Cito & perfecte obedierunt illi.
Lucæ.5. apostoli: qui a domino uocati, con-
tinuo relictis omnibus secuti sunt
eum. Similiter & Matthæus relictis
omnibus secutus est.
Mat.20. De obedientibus uerbo & nō fa
cto: seu facto plus quam uerbo, pro
ponit dominus exemplum duorū
filiorum, quorum unus dixit: se itu
rum in uineam patris, & operaturum,
& non iuit: alius negauit, & iuit.
Mat.23. Etiam malis prælatis obedien-
dum esse, præcepit dominus: Super
cathedram Moysi sedebunt, omnia
quæcunque iusserint facere, facite.
Lucæ.2. Saluator noster, legis dominus, le
gi uoluit obedire, in circuncisione,

& oblatione facta in templo: et etiã in esu agni paschalis.

Exemplũ obediẽtiæ ꝓponit nobis Apostolus, in Saluatore nostro dicens, Factus est obediens usq; ad mortem. Vbi etiã insinuat obedientiæ fructũ. Sequitur, Propter quod exaltauit deus illum &c. Mat. 16.

Principes sacerdotum cõminati sunt Petro & Ioãni, ne ultra loquerentur in nomine Iesu. Qui respondit eis, Si iustum est, uos potius audire, quã dñm, iudicate. Non enim possumus quæ uidimus & audiuimus nõ loqui. Deinde cum arguerentur Apostoli a principibus sacerdotum, quia nõ seruassent eorũ mãdatum, responderunt Petrus & alij Apostoli, Obedire oportet deo magis quam hominibus. Actu. 4.

Saulus in terrã ꝓstratus, audiens uerba Iesu Nazareni, prompte ait, Domine, quid uis me facere? Acto. 9.

Act. 19. Cornelius dixit Beato Petro, Omnes nos in conspectu tuo sumus parati audire omnia, quæcunque tibi præcepta sunt a domino.

Act. 15. Paulus electo sibi Sila in socium perambulabat Syriam et Ciliciam, confirmans ecclesias, & præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum.

De sacra scriptura. Ca. XXVI.

Magnam reuerētiam habere de-
Exod. 31. bemus ad sacram scripturam, quam ipse deus uoluit scribere, uel tradere specialiter, & docere.

Exod. 31 Reuersus est Moyses de monte portans duas tabulas scriptas digito dei.

Mat. 10. Ipse etiam dominus Iesus dicit,
Mar. 1. se missum fuisse ad euangelizandū,
Lucæ. 4 & misit discipulos ad hoc ipsum.

Ioan. 5. Si ergo potest dici, quod lex uetus fuit data a deo Moysi, meditantibus angelis, ut ait Apostolus, &

Beatus Stephanus hoc ipſum teſta- Galat.3.
tur. Accepiſtis, ait, legem dei, in di- Act.7.
ſpoſitione angelorꝝ. Reliqua uero
pars ueteris teſtamẽti data fuit īſpi-
ratione ſpũs ſancti, ut Petrus ait. Nõ
enim uolũtate humana allata eſt ali 1. Pet.1.
qñ Prophetia, ſed ſpũ ſcõ inſpirati,
locuti ſunt dei hoĩes. Nouũ aũt teſta
mẽtũ cõtinet uerba & facta dñi Ie-
ſu Chriſti in Euangelijs, uerba Apo
ſtolorꝝ ĩ epiſtolis & in Apocalypſi
facta ipſorꝝ in libro Actuum Apo-
ſtolorꝝ. Chriſtus ergo uerus deus &
homo, partem Euangeliorꝝ protulit
per ſeipſum, & per ſpiritum ſanctũ,
per ipſumq; alia uerba, quæ dixerũt
Apoſtoli & Euangeliſtæ inſtructi, Act.2.
ut Act. Repleti ſunt oẽs ſpũ ſancto,
& cœperunt loqui uarijs linguis.

Sapiẽtiam oĩum antiquorum ex- Eccle.30
quiret ſapiens, & in Prophetis ua-
cabit, quaſi diceret, Sapientiam qui
dem ſapientum debet ſapiens ex-

quirere, sed specialiter debet ad Prophetarum scripturas intendere.

2 Ma. 12. Ionathas summus sacerdos, & seniores Iudęorum, licet essent rebus bellicis intēti, scripserūt Spartiatis epistolā. Nos enim quando nullo horum indigeremus, habētes solatio sāctos libros, qui sunt ī manibus nostris.

Mat. 12. Et per scripturam respondens, defendit discipulos suos contra pharisæos, Non legistis ait, quid Dauid fecerit quando esuriit?

Matt. 4. Saluator noster, tentatus a diabolo, per scripturam respondit, & ipsum tentatorem scripturæ autoritate confudit. Idem scripturam esse

Lucæ. 4. completam: in aduentu suo, dixit, Hodie hæc scriptura impleta est in auribus uestris.

Magnam authoritatem tribuit

Matt. 5. dominus ueteri testamento, quādo dixit, Donec transeat cœlum & terra, iota unum, aut apex unus, nō prę

teribit. Et Ioan. 10. Non poteſt ſolui Ioan. 10
ſcriptura. Nō minoris authoritatis,
ſed maioris eſt nouum teſtamentū,
de quo dominus ait, Cœlum & ter Lucæ. 21
ra tranſibunt, mea autem uerba nō
tranſibunt.

Principes ſacerdū, ſcribas, phari- Mat. 9. 21.
ſæos iniuſte arguentes dn̄m, ipſe
multoties per ſcripturas conuicit.

Arguit dominus Saducæos de Matt, 22
ignorantia ſcripturarum. Erratis,
neſcientes ſcripturas.

Petrus in prima prędicatiōe ſua, Acto. 2.
poſt miſſionem ſpiritus ſancti, au-
thoritatem Iohelis exponens, tria
milia hominum conuertit ad Chri-
ſtum.

Valde cōmendandus eſt Eunu- Acto. 8.
chus ille qui ueniens de Aethiopia
Hieroſolymā, legebat Eſaiam Pro-
phetam, in curru exiſtens.

Philippus præcepto domini oc- Acto. 8.
caſionem aſſumpſit, prædicandi ei

Euangelium Christi, ex authoritate, quam legentem inuenit, & credẽtem ilico baptizauit.

Act. 17. Veniens Paulus Berrheam, intrabat synagogam Iudæorũ, quidã aũt susceperunt uerbum cũ omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas, an hæc ita se haberent. Et crediderũt multi ex eis, Græcæ mulieres honestæ & uiri nõ pauci.

Act. 18. Apollos uir eloquens, potens in scripturis, contulit multum his qui crediderunt per gratiam. Vehementer enim Iudæos reuincebat publice, ostendens ꝑ scripturas esse Christum Iesum.

Luc. 10. Legisperitum sciscitantem, quid agendo acquireret uitam æternam remittit eum Dominus ad scripturam. Quomodo legis, in lege quid scriptum est?

De exhortatione bona, & prædicatione uerbi dei, Cap. XXVII.

CAin admonitus exteriori uoce dei, ab accepta iniquitate non destitit. Hinc patet quod exterior exhortatio sine interiori parum sit efficax. Gene. 4.

Iustus Loth pie admonebat Sodomitas dicens, Nolite quæso fratres mei, nolite malũ hoc facere: cui illi cõtumaciter responderunt, Recede illuc. Hinc patet, quod peruersi difficile corriguntur. Gen. 19.

Bene successit Iacob, qui acquieuit consilijs matris suæ. Gen. 27.

Audiens Ruben iniqua fratrum uerba cõtra Ioseph, dixit, Non interficiamus eũ nec effundamus sanguinem eius. Iudas etiã cõsuluit, qđ nõ occideret, sed uenderet, & sic saltem minus malum committeretur. Gen. 37.

Soror Moysi bene suasit filiæ Pharaonis, ut mulier Hebræa pro nutriendo paruulo uocaretur, Exo. 2.

Ad utilitatem populi & alleuia- Exo. 18

tionem Moysi, bene consuluit ei Iethro, ut minores iudices constitueret in populo.

1.Re.25 Bona exhortatione Abigail, conuersus est Dauid a proposito fundendi sanguinem Nabal.

2.Re.2. Bonum consilium dedit Abner Asaeli se sequenti, dicens: Noli me sequi, ne compellar te confodere in terram. Quod quia ille audire contempsit, ab eodem occisus est.

3.Re.12. Consilium bonum dederunt seniores Roboam filio Salomonis. Ille uero in malũ suum acquieuit cõsilio iuniorum.

4.Re.5. Cũ Naaman Syrus ad uerbũ Elisei abiret indignans, serui sui suaserunt ei, ut Prophetæ mandatum impleret, quorum monitis acquieuit.

4.Re.12 Quandiu uixit Ioiada Pontifex, qui bene instruebat Ioas regem Iuda, tandiu fuit ille bonus, quo mortuo, factus est pessimus.

Perrexerunt cursores cum episto lis,ex regis Ezechiæ īperio & prin cipum eius in uniuersum Israel & Iudam prædicātes,Filij Israel, reuer timini ad dominum deum Abraham,& Isaac,& Israel,& reuertetur ad reliquias,quæ effugerunt manus Assyriorum. 2.Par.25 2.Par.30

Adificantibus Iudæis templum, reuersi de Babylone, exhortabātur, & adiuuabant eos Aggæus & Zacharias Prophetæ. 1.Esd.5.

Desiderans Nehemias ædificare in Hierusalem murum, dixit optimatibus & magistratibus, Surgamus & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono. Neh.2.

Ad exhortationem Nehemiæ,ij, qui usuras accipiebant a populo,& acceptas reddere,& ultra non accipere,consenserunt. Neh.5.

Tobias ī captiuitate positus, pergebat per omnes qui erant in capti Tob.1.

uitate, & monita salutis dabat eis. Item bene prædicauit filio suo. Cap. 3. & 14.

Tob.6. Bene cessit Tobiæ, quia Raphaelis, quem hoīem putabat, cōsilijs acquieuit. Specialiter in extractiōe piscis, & in petendo uxorem, & de matrimonio habendo cum ea.

Tob.10. Parentes Saræ uxoris Tobiæ iunioris, monuerūt eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum & seipsam irreprehensibilem exhibere.

Iudith. 8 Iudith bonam exhortationem fecit populo, arguens quod indiscrete ordinatum erat, & docens quid faciendum esset.

Esth.4. Efficaciter persuasit Mardochæus Esther, ut cū periculo suo ingrederetur ad regem, precatura pro salute gentis suæ.

Esa.6. Post ostensam Esaiæ mirabilē uisionē dixit ipse Propheta, Væ mihi,

quia tacui. Et postea quando labia
sua cum calculo de altari sumpto,ui
disset fuisse mundata, dixit domino
quærenti quem mitteret ad popu-
lum,Ecce ego, mitte me.

Dixit dominus eidem, Clama, Esa.58.
ne cesses quasi tuba exalta uocem
tuã,& annũcia populo meo scelera
eorũ,& domui Iacob peccata eorũ.

Hieremias primo excusauit se a Hiere.1.
prædicatione,& postea diuinæ uo-
luntati acquieuit.

Abimelech Aethiops dixit Sede Hie.38.
chiæ regi Iuda,Dñe mi rex, male fe
cerunt uiri isti tui:oĩa quæcũq; ꝑpe
trauerũt cõtra Hieremiã ꝓphetam,
mittẽtes eũ in lacũ.Et p̃cepit ei rex,
Leua eũ de lacu anteq̃ moriamur.

Factum est uerbum domini ad Ion.1.
Ionam,dicens,Surge & uade in Ni-
niuen,& prædica in ea prædicatio-
ne quam loquar ad te.

Bonum consilium dedit Daniel Dan.4.

Nabuchodonosor regi Babylonis, dicens, Consiliũ meũ tibi placeat, & peccata tua eleemosynis redime.

1. Ma. 3. Moriturus Matathias filios suos efficaciter adhortatus est ad agendum uiriliter pro lege Dei.

1. Mac. 3 48. Iudas Machabæus pugnaturus exhortabat̃, & etiã animabat populũ suũ in sermonibus bonis. Et specialiter. 15. cap. Vbi dicitur, Quod singulos armauit, non clypei & hastę munitione uincere, sed sermonibus optimis & exhortationibus.

2. Mac. 7 Cũ primus septẽ illorꝫ fratrũ in sartagine torreretur cæteri una cum matre se hortabant̃ mori fortiter, dicentes, Dñs aspiciet ueritatẽ, et cõsolabitur in nobis. Et specialiter, ipsa mater mirabiliter & efficaciter exhortabatur filios suos.

Mar. 1. Iohannes Baptista multa exhortans, euãgelizabat populo Lucæ. 3. De quibus nonnulla tangantur ca-

pite primo eiusdem. Cuius exhorta
tio ita efficax erat, ut non solū mul
ti baptizarentur confitentes pecca- Mar. 6.
ta, sed & ipse Herodes audito eo
multa faciebat, & libenter eum
audiebat.

Misit dominus discipulos suos Mat. 10.
dicens, Euntes prædicate, dicentes,
Quia appropinquabit regnum cœ-
lorum. Simile habes Mar. 16.
Petrus Apostolus in die Penteco- Act. 2.
stes tā efficaciter prædicauit, quod
baptizabantur una die. 3000. homi
num. Et alia uice similiter ad prædi
cationem ipsius, quod factus est nu
merus. 5000.

Ministrantibus & ieiunantibus Acto. 13
prophetis & doctoribus qui erant
Anthiochiæ, dixit spiritus sanctus,
Segregate mihi Paulum & Barna-
bam. Sequitur: Ipsi quidam missi a
spiritu sancto, prędicabant uerbum
Dei, in synagogis Iudæorum.

Act. 10. In domo Cornelii prædicãte Pe
tro, cecidit ſpiritus ſanctus ſup om
nes qui audiebant uerbum Dei, &
iuſſit eos baptizari.

Act. 14. Reuerſi ſunt Paulus et Barnabas
Lyſtris, Iconium, & Antiochiam,
cõfirmantes aĩas diſcipuloꝝ, exhor
tantes ut permanerent in fide.

Act. 26. Cũ Paulus uinctus corã Agrip-
pa Rege & feſto præſide, cauſam di
ceret, Agrippa dixit ei, In modico
ſuades mihi Chriſtianum fieri.

Act. 14. Factum eſt Iconij, ut Paulus &
Barnabas introirent in ſynagogam
Iudæoꝝ & loquerentur, ita ut cre-
derent Iudeæorum & Græcorum
copioſa multitudo.

Act. 16. Viſio per noctem Paulo uiſa eſt,
Vir Macedo quidam erat ſtans, &
deprecans, dicens, Profectus in Ma
cedoniã ſuccurre nobis. Sequitur,
vt aũt uiſum uidit, ſtatim quæſiui-
mus proficiſci in Macedoniam, cer

ti facti, quod uocasset nos dominus ad euangelizandum eis.

Multi Corinthiorum̃ audiẽtes Paulum prædicantem, prædicationem credebant & baptizabantur. Dixit autem dñs nocte Paulo per uisionẽ, Noli timere, sed loquere, ne taceas, quia ego sum tecum, & nemo apponet ut noceat tibi. Act. 18.

Apollos uir Iudæus Alexandrinus genere erat, & edoctus uiã dñi, furens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu. Eodem.

Apud Ephesum Paulus intrans synagogam Iudæorum cum fiducia loquebatur, disputans & suadẽs de regno dei. Act. 19.

Quadam die cum in crastinum profecturus, sermonem protraxisset usq; ad mediam noctem, quidã adolescens oppressus somno cecidit de fenestra, & sublatus est mortuus. Ad quẽ cum descendisset Pau- Act. 20.

lus, & suscitasset eum, rursus ascendit, & allocutus est eos usq; i lucem & sic profectus est.

Recessurus Paulus de Asia dixit
Act. 20. maioribus natu, per triennium non cessaui die ac nocte cũ lachrymis, monens unũquemque uestrum.

De consilijs & persuasionibus malis. Cap. XXVIII.

Gene. 3. EVa de ligno uetito dedit uiro suo, q comedit. Præsumẽdũ ẽ. quod ipsa persuaserit uiro.

Gen. 39 Domina cui seruiebat Ioseph, male ipsum solicitabat ad peccatum.

Exo. 32 Moram faciente Moyse cum domino in mõte, dixit populus Aaroni, Fac nobis deos alienos, qui nos præcedant. Quibus suggestionibus populi Aaron stulte acquieuit.

Nu. 24. Balaam docuit Balaac, quomodo per mulieres posset filios Israel ad peccatum trahere, & sic contra se dominum prouocare.

Filij Amon male suaserunt regi suo, ut dehonestaret nūcios Dauid 2.Re. 10

Ionadab nepos Dauid malum consilium dedit Amon, ut defloraret sororem suam: de quo postea multa mala euenerunt. 2.Re. 13

Detestandum & turpe consiliū dedit Achitophel Absaloni, & tamen erat consilium, quod ille dabat in diebus illis, quasi quis consuleret deum. 2.Re. 16

Auerterunt mulieres cor Salomonis, & ita deprauatum per eas, ut sequeretur deos alienos, & coleret eos. 3.Re. 11

Ochozias rex Iuda, ingressus est per uiam domus Achab, quæ erat pessima. Mater enim eius Athalia impulit eum, ut impie ageret. 2.par. 22

Aedificantibus templū Iudæis post reditum de Babylone, hostes eorum scripserunt Artaxerxi regi, & ipse persuasus ab eis prohibuit 1.Esd. 4.

opus fieri.

Esth.5. Amici Amon audientes ipsum cõquerẽtem de Mardochæo, qui ei genua non flectebat, responderunt, Iube parari excelsam trabẽ: & mane dic regi, ut appendatur Mardochæus super eam.

Hiob.2. Stultum consilium uxor Hiob dedit ei, sed ille tanquam prudens & sanctus homo tali consilio non acquieuit.

Esa.16. Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt insipiens consilium.

Hie.38. Quia Hieremias prophetauit, capiendam esse ciuitatem Hierusalem a Chaldæis, dixerunt principes populi Sedechiæ regi, Rogamus ut occidatur homo iste. Qui stulte acquiescens, respondit eis: Ecce in manibus uestris est. Non enim fas est regem uobis quicquam negare.

Dan.6. Ad malam suggestionem princi

pum & Satraparum, Darius Rex Perſarum conſtituit decretum, ut quicunque peteret quid a Deo uel homine, niſi ab ipſo rege, mittere-tur in lacum leonum.

In diebus Antiochi, exierunt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerunt multis, dicētes, Eamus & diſponamus teſtamentum cum gentibus. 1. Ma. 1

Tātum ſuaſit Menelaus Andronico, quod ille occidit Oniam ſacerdotem. 2. Ma. 4

Cum aduerſus Menelaum iudicium agitaretur coram Antiocho, Ptolomæus pecunia corruptus per Menelaum, perſuaſit regi, & eum ad ſententiam deduxit, qui Menelaum abſoluit, & multos iuſtos eius accuſatores morte damnauit. Eodem.

Iniquum conſilium dedit Herodias filiæ dicens: Nihil aliud petas, niſi caput Ioannis Baptiſtæ. Mat. 14 Mar. 6.

Act.13. Procōsul Paulus desiderabat audire uerbum dei, quod Paulus & Barnabas prædicabant. Resistebat autem illis Elymas magus, quærens auertere proconsulem a fide.

Act.14. Cum Paulus et Barnabas essent in ciuitate Lystris in tāto honore, quod homines illis tanquam dijs sacrificare uellent, quidam Iudæi superuenerunt, & persuasis turbis, lapidantesq́ Paulum, traxerunt extra ciuitatem existimantes eum esse mortuum.

Act.16. Occasione cuiusdam puellæ, a qua Paulus spiritum Phytonē eiecit, domini illius dolentes de amisso quæstu, tot tanta dixerunt magistratibus, quod fecerunt Paulum & Silam uirgis cœli et incarcerari.

De auditione uerbi Dei.

Caput. XXIX.

Exo.4. AArō loquutus fuit oīa uerba, quæ dixerat dn̄s ad Moysen.

Et credidit omnis populus, audie-
runtq; quod uisitasset dominus fi
lios Israel, & proni adorauerunt.
Dixit Moyses coram domino, Ec
ce filij Israel non me audiunt, &
quomodo audiet Pharao? .
Cunctus popolus dixit Moysi Exo.24.
una uoce, Omnia uerba domini,
quę loquutus est faciemus. Et pau
lo post, assumens Moyses uolumē
fœderis legit audiente populo, qui
dixerūt. Omnia quæ loquutus est
faciemus. Iudi.3
Eglon rex Moab sedebat in æsti
uo cœnaculo, dixit ad eum Ahud:
Verbum dei habeo ad te. Qui sta-
tim surrexit de throno, quasi reue-
rentiam exhibens uerbo dei. 1.Reg.3
Bene docuit Samuelem Heli, ut
diceret domino loquēti sibi, loque
re domine, quia audit seruus tuus.
Achab rex Israel nolebat audire 3.Re.22
Michæam prophetam domini, qa

non prophetabat bonum, sed malum. Vocatus tamen Michæas dixit ei, Audi sermonem domini.

2.Es.8. Esdras attulit librum legis, & legit in eo apte, de mane usq; ad mediam diem, & aures omnis populi erãt erectæ ad librum. Et sequitur, Flebat omnis populus cum audiret uerba legis.

Hio.12. Respõdens Hiob domino, dixit: Auditu auris audiui te, nunc autẽ oculus meus uidet te. Iccirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

Hie.26. Factum est uerbum domini ad Hieremiam, Noli subtrahere uerbũ Dei, si forte audiant, & auertatur unusquisq; a uia sua mala, & pœniteat me mali quod cogito facerẽ eis propter malitiam studiorum eorũ.

Eze.3. Dixit dominus Ezechieli, Vade ad domum Israel, & loqueris uerba mea ad eos. Sequitur, Domus

Israel noluit audire te, quia nolunt
audire me.

Verbũ Ionę peruenit ad regẽ Ni Ionæ.3.
niue, et surrexit de solio suo, & abie
cit uestimentum suum a se, & indu
tus est sacco, & sedit in cinere.

Herodes Tetrarcha metuebat Mar. 6.
Ioãnem Baptistam, & custodiebat
eum: libenter audiebat.

Maria soror Marthæ, sedens se- Luc. 10
cus pedes domini, audiebat uerbũ
illius, & audiuit tãdem dominum
dicẽtem, Maria optimam patrem,
elegit &c.

In fine sermonis in monte, dixit Mat. 7.
dominus, Omnis qui audit uerba
mea, & facit ea, assimilabitur uiro
sapiẽti, qui ædificauit domum suã
super petram.

Cum turbæ irruerent in domi- Luc. 6.
num Iesum, ut audirent uerbum
dei, sedens docebat de nauicula tur
bas; Petr cũ socĳs, deductis ad ter

ram nauibus, ijs relictis, ipse cum socijs secuti sunt dominum.

Luc. 11. Extollenti uocem mulieri, & dicenti, Beatus uēter qui te portauit: Respondit dominus, Quinimo, Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud.

Luc. 19. Instante dominica passione, legitur: Erat docens quotidie in templo: et post pauca, Omnis populus suspensus erat, audiens illum.

Luc. 24. Duo discipuli domini Iesu, euntes in castellum nomine Emaus, loquentes ad inuicem de ijs, quę tempor. dominicę passionis acciderāt, meruerunt habere societatē illius, de quo loquebantur.

Act. 2. Facto sermone ad plebem in die Pentecostes post aduentum spiritussancti, dicitur: His auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos, Quid faciemus uiri fratres? Et ba-

ptizati ſunt, circiter tria millia hominuu.

Poſt ſanationem claudi, & ſermonem Petri, ſequitur, Multi qui audierant uerbum, crediderunt. Et factus eſt numerus uirorum circiter quinq; milia hominum. Act. 4.

Cõuocantes duodecim apoſtoli multitudinem diſcipulorum, dixerunt: Non eſt æquum nos derelinquere uerbum dei, & miniſtrare menſis. Nota tamen, quod illæ menſæ erant pauperum uiduarũ. Per qđ datur intelligi, quod opus prædicationis uerbi dei, prefertur operi miſericordiæ corporalis. Actu. 6.

Non poterant reſiſtere Iudæi ſapientiæ et ſpiritui, qui per beatum Stephanum loquebatur. Actu. 7.

Philippus deſcendens in ciuitatem Samariæ, p̃dicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ his, quæ a Philippo dicebãtnr una Actu. 6.

nimiter audientes.

Ibidem. Apperiens Philippus os suum, euangelizauit Eunucho Iesum, & uenientes ad quadam aquam, confessus est Eunuchus se credere, & baptizauit eum.

Actu. 9. De Saulo quem dominus Iesus excæcauerat corporaliter, & illum illuminauerat spiritualiter, dixit ipse in uisu Ananiæ, Vade quoniam uas electionis est mihi ipse, ut portet nomen meum coram gentibus.

Act. 10. Noluit dominus iustruere Cornelium per angelum, sed mãdauit ei ut accersiret Simonem Petrum, & ille doceret eum, & diceret, quid eum facere oporteret.

Ibidem. Loquente Petro, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebãt uerbum illius.

Act. 14. Audiebant gentes quod Iudæi repellebant uerbum Dei, & quod

Paulus & Barnabas uolebant præ-
dicare eis,& gauisi sunt,& credide
runt quotquot erant præordinati
da uitam æternam.

Factum est Iconij, ut Paulus & Act. 14.
Barnabas ingrederentur Synago-
gam & loquerentur, ita ut crederet
Iudæorum & Græcorum copiosa
multitudo.

Quędam mulier nomine Lydia Act. 16.
purpuria audiuit Paulum loquen-
tem, cuius cor dominus aperuit &
baptizata est cum domo sua.

Cum audissent Athenienses Pau Act. 17.
lum loquentem de resurrectione
mortuorum, quidam irridebant,
quidam uero dixerunt, Audiamus
te de hoc iterum. Sic Paulus ex
iuit de medio eorum, quidam ue-
ro adhærentes ei crediderunt, in
quibus Dionysius Areopagita,&
mulier nomine Damaris, & alij
cum eis.

Actu.19 Mansit Paulus Ephesi per biennium, quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam, ita ut omnes qui habitabãt in Asia, audirent uerbum dei.

Act.26. Postquam rex Agrippa audierat Paulũ dixit ei: In modico suades me Christianum fieri.

Actu.17 Veniens Paulus Berrhæham, intrauit synagogam Iudæorum, & quidam susceperunt uerbum, cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent. Et multi crediderunt ex eis.

De apparitionibus factis sanctis patribus. Cap. XXX.

Ge. 2.3. &.4. ANte peccatũ, locutus est dominus ad Adam: post peccatum, ad Adam & Euam, & ad serpentem. Cain etiam monuit ante fratricidium, & post dure arguit eum.

Gen.9. Noe præcepit dominus, ut face

ret archam, deinde ut ingrederetur in eam. Et poſt exicationem terræ, p̄cepit ut egrederent̃ de archa. De inde benedixit dominus Noe & filijs eius, & dixit ad eos, Creſcite et multiplicamini.

Dixit dn̄s ad Abrahã, Egredere de terra tua, & cognatione tua. Eo dem ca. Apparuit dominus Abrahæ, & dixit ei; Semini tuo dabo terram hanc. Gen. 12.

Et poſtquam diuiſus eſt Loth ab eo, poſt ea ꝓximo capi. Factus eſt ſermo domini ad Abraham per uiſionem. Deinde apparuit ei dominus, & dedit ei præceptum circuncíſionis. Gen. 14 &. 15.

Apparuerunt ei tres uiri &c. Tunc audiuit certum tempus filij naſcituri. Gen. 18.

Venerãt duo angeli, ſedẽte Loth in foribus ciuitatis, qui cum uidiſſet eos, ſurrexit, et iuit obuiam eis Gen. 19.

& adorauit eos.

Gen. 20 Venit dominus ad Abimilech per somnium, & ait illi: En morieris propter mulierem quã tulisti, habet enim uirum.

Gen. 21 Cum dure accepisset Abraham uerba Saræ conquerentis, de ancilla & filio ei^9, dixit ei dominus: Nõ tibi uideatur asperum super puerũ.

Ibidem Apparuit angelus in deserto Agar ancillę & filio.

Gen. 21 Tentauit deus Abraham, & dixit ad eum Tolle filium tuum &c. Et postquam extendisset gladium, ecce angelus domini &c.

Gen. 26 (Apparuit dominus Isaac in Bersabee, dicens: Ego sum deus Abraã patris tui &c.

Gen. 28. & 31. Apparuit Iacob multoties eunti ad Laban. Gen. 28. & redeunti. cap 31. ubi etiam dixit Laban in somnis, Caue ne quicquam aspere loquaris contra Iacob. Et post loquu

tus eſt dominus pluries ad Iacob.

Quoties apparuerit Moyſi, et lo Exo.per
quutus ei fuerit, nimis longum eſ- totum.
ſet dicere, uideatur Exodus cap. 3.
& ſequentibus.

Legitur quoq; dominus fuiſſe lo Nū.22.
quutus Balaam dormienti, & eide
ſedenti ſuper aſinam, quæ uidit an-
gelum quem Balaam non uidit.

Pluries etiā loquutus eſt domi- Ioſue.1.
nus ad Ioſue, ſicut apparet Ioſue,
Cap.1.4.5.7.13.

Poſt mortem Ioſue, conſuluerūt Iudi.1.
filij Iſrael dominum, dicētes: Quis
aſcendet ante nos? Dixitq; domi-
nus, Iudas aſcendet.

Aſcēdit angelus dñi ad locū flen Iud.2.
tiū & ait, Eduxi uos de Aegypto.

Venit Angelus dñi & apparuit Iudic.6.
Gedeoni & ait, Dominus tecum.

Apparuit angelus dñi uxori ma Iudi.13.
nue: et alia uice apparuit Manue pa
riter & uxori.

Iudi. 20 Filij Israel congregati ut pugna rent contra Beniamin , consulue- runt dominum: quibus ait , Quod Iudas esset dux exercitus. Licet au tem bis fuerint debellati, tamen di xit eis dominus quod pugnarent.

1.Reg.3 Vocauit dominus Samuel qua- ter, tandem ait, Loquere domine, quia audiuit seruus tuus , iuxta cō silium quod dederat ei Heli sacer- dos. Sequitur , addidit dominus ut appareret in Sylo.

2.Re. 2. Quando Dauid debebat cōmit tere prælium , frequenter consule- bat dominum, qui semper legitur ei respondisse , ut patet in multis locis.

3.Re .3. Apparuit dominus Salomon, di cens: postula quod uis

3.Re.9. Cum perfecisset Salomon ædifi cium dominus domini, & domus regis, apparuit ei dominus, dixitq; ad eū, Audiui orationem tuam,

Eidē loquutus est, icrepans eum 3.Re.11.
du propter scelera ab eo cōmissa.

Heliæ fugiēti a facie Iezabel, ap 3.Re.19
paruit angelus domini, qui ei panē
& aquā ostendit. Dominus quoq;
in sibilo auræ tenuis.

Eliseo ab exercitu Syrorum cir- 4.Re.6.
cundato, apparuerunt multi ange-
li, defendentes eum, quos & puer
eius uidit, ad similitudinem equo-
rum & curruum ignĕorum.

Longo tempore durauit appari- Tob.9.
tio Raphaelis angeli, quem domi-
nus misit ad curandum Saram.

Multas mirabiles uisiōes diuer-
si prophetæ uiderunt Esa.6. Hier.1.
De uirga uigilante, & de olia succē
sa. Item Hie.24. De duobus Cala-
this ficubus plenis. Pręcipue uero
Ezechiel, Daniel, Amos. Zacharias
pleni sunt imaginarijs uisionibus,
quas exprimere longum esset.

Volente Heliodoro spoliare tem 2.Mat3.

e apparition. factis
pl um, & deposita asportare, apparuit quidam equus terribilem habens sessorem.

2.Ma.10 Cum uehemens pugna esset inter Timotheum & iudam Machabæum, apparuerunt quinq; uiri in equis, frenis aureis decorati, ducatum Iudæis præstantes, e quibus duo Machabæum medium habentes armis suis circumseptum, incolumem seruabant.

Ibidem. Euntes Iudæi ad prælium cõtra exercitũ magnum Lysiæ, Machabæo duce, apparuit p̄cedẽs eques in ueste candida, armis aureis, hastam uibrans.

Mat.1.2. Angelus domini legitur ter apparuisse Ioseph. Primo, Cum esset adhuc dominus in matris utero. Secũdo, Cum natus ex utero. Tertio, Cum esset in Aegypto.

Mat.3. Super dominum baptizatũ spi-
Luc.4. ritussanctus in columbæ specie ui-

sus est, paterna uox audita est. Hic est filius meus dilectus.

Item in transfiguratione, apparuerunt Moyses & Helias cū domino loquentes, & uox de cœlo facta est. Mat. 17. Luc. 9.

Resurgente domino Iesu Christo, multa corpora sanctorum, qui dormierunt, resurrexerunt, & exeūtes de monumētis, uenerunt ad sanctā ciuitatē, apparueruntq; multis. Mat. 27.

Surgens Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ magdalenę. Mar. ul.

Post hoc discipulis duobus, euntibus in uia. Nouissime, recumbentibus undecim discipulis apparuit, & exprobrauit eis incredulitatem eorum. Luc. 24.

Post passionem suam dominus Iesus præbuit seipsum uiuum, in multis argumētis p̄ q̄draginta dies apparēs eis, et loquēs de regno Dei Act. 1.

Sequitur in eodem capite. Cunq; intuerentur in cœlum, ecce duo uiri aſtiterunt iuxta illos.

Act. 2. Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco. Et apparuerunt eis dſpartitæ linguę, tanquã ignis.

Act. 7. Stephanus plenus ſpiritu ſancto, intendens in cœlum, uidit gloriam dei, & ait: Ecce uideo cœlos aptos, & filium hominis ſtantem a dextris Dei.

Act. 12. Angelus domini aſtitit, et refulſit lumẽ in habitaculo carceris, in quo erat dormiens Petrus, uinctus cathenis duabus: percuſſoq; latere Petri excitauit eum, dicens: Surge uelociter.

Act. 9. Cũ appropinquaret Saulus Damaſco ut caperet Chriſtianos, ſubito circumfulſit eũ lux de cœlo, et audiuit dominum Ieſum Nazarenum dicentem ſibi, Saule quid me

perſequeris? & conſequenter appa-
ruit Ananiæ.

Cornelius Centurio uir religio- Act. 10.
ſus & timens deum, uidit manife-
ſte, quaſi hora diei nona, angelum
domini dicētem ſibi, Corneli, mit-
te uiros in Ioppen, & accerſe Simo
nem Petrum, hic dicet tibi, quid te
oporteat facere.

Orante Petro & eſuriente, ceci- Ibidem.
dit ſuper eum mentis exceſſus, &
uidit cœlum apertum, ac deſcendēs
ad ſe uas quoddam uelut linteum
magnū quatuor initijs alligatum
ſummitti e cœlo in terram, in quo
erant omnia quadrupedia terre, be
ſtiæq; & reptilia, & uolatilia cœli.

Cum Paulus & Sylas tranſiſſent Act. 16
Myſiam, deſcenderunt Troiadem,
& uiſio per noctem Paulo oſtenſa
eſt. Vir Macedo quidam erat ſtans
& deprecans eum, dicens: Trāſiens
in Macedoniam, Adiuua nos Di-

xit dominus nocte per uisionē Pau
lo:Noli timere,loquere ne taceas.
Act. 18. Quadam nocte dominus asistēs
Paulo,ait illi:Constans esto Paule,
sicut testificatus es de me in Hieru
salem,sic & Romæ te oportet testi
ficari.
Act. 23. Consolari uolens Paulus socios
suos,tēpor̄ tempestatis,suasit eis
bono animo esse,dicens:Ne timeas
Paule, Cęsari te oportet adsistere.
Et ecce donauit tibi deus omnes
nauigant tecum.
Act. 27. Beatus Ioānes apostolus et Euā
gelista exilio relegatus,in Pathmos
insula uidit xp̄m in medio septē cā
delabrorū aureorꝝ. & mirabilibus
reuelationibus, totus liber plen⁹ ē.
Gen. 18. De bonis angelis .Ca. XXXI.
Gen. 19. ANgeli apparuerunt Abrahę,et
erga eum sese familiariter ha-
buerunt Apud Loth hospitati fue-
runt angeli,et quasi piam ei uiolen

tiam facentes, ipsum de periculo ex traxerunt.

Angelus domini uocauit Abra- Gen. 22. ham, et prohibuit, ne filium immo laret, & magna ei propter obedien tiam promisit.

Fugiens Iacob Esau fratrẽ suũ, Gen. 28. uidit angelos ascendentes, & descẽ dentes per scalam.

Redeunti Iacob a seruitio Labã Gen. 32. ad Isaac patrem suum angeli ei, sci licet ad protegendum, obuiauerũt.

Angelus domini, qui præcede- Exo. 10. bat castra Israel, quando recedebat populus de Aegypto, stetit inter ca stra Aegyptiorum, & castra Israel. Vnde in Exodo: Ecce ego mitto an gelum meum qui præcedat te & custodiat in uia, & introducat ad locum quem preparaui.

Stetit angelus domini in uia cõ Num. 22. tra Balaam, qui sedebat super asi- nam.

Iudi.2. Angel⁹ domini increpauit filios
Iſrael qui iurauerant amicitiam cũ
habitatoribus terræ Chanaã, me-
morans beneficia eis a deo collata,

Iudic.6. Apparens Gedeoni Angelus do
mini confortauit eum,& animauit
eum ad liberationem populi.

Iudi.13 Vxori Manue ſterili apparuit
angelus,conceptionem filij prædi-
cans,& abſtinentiam ind icans.

2.Re.24 Numerato populo ad mandatũ
Dauid, miſit dom inus peſtilentiã
in Iſrael. Cunq; extẽdiſſet manum
ſuam angelus domini ſuper Hieru
ſalem, ut diſperderet eam, uidens
Dauid angelum præcedentem po-
pulum,ait:Ego ſum qui p eccaui.

3.Re.19 Fugientem Heliam Iezabel ty-
rannifantem reginam, angelus do-
mini confortauit, & ſobrio cibo
eum refecit.

4.Re.1 Et angelus reuelauit eidem, quid
reſpõdere deberet nũcijs Ochoziæ.

Plures angeli boni erant cũ Eli- 4.Re.19
seo, ad eum defendēdum, quam cũ
aduersarijs essent mali homines ad
nocendum.

Venit angelus domini, & ꝑcus- 4.Re.19
sit, una nocte centum octauaginta
quinq; milia hominum, de exerci-
tu regis Assyriorum.

Raphael angelus q̃ fuit dux To Tob.5.
biæ, ipsum a deuoratione piscis eri
puit, uxorem eius a dæmonio libe
rauit, patri cæco uisum restituit, &
per eum tam parentes, quam socij
fuerunt multiplici consolatione re
pleti.

Viuit dominus, ait Iudith: Quo Iudit.13
niam custodiuit me angelus eius,
& hinc euntem, & ibi commoran-
tem, & inde huc reuertentem.

Volauit ad Esaiam unus de Se- Esa.3.
raphin, & mundauit eum calculo,
quem forcipe tulerat de altari.

Angelus domini descendit cum Dan.3.

Azaria, & socijs eius in fornacem ignis.
Dan.6. Daniel in lacu leonum existens, dixit Dario regi ad ipsum ueniēti: Deus meus misit angelum suum, qui conclusit ora leonum.
Dan.14. Postmodum angelus dñi Habacuch prophetam de Iudæa, in chaldæam transtulit, ut ferret prandiū Danieli.
Dan.9. 10.&.11 Reuelata sunt Danieli, multa & magna mysteria, per ministerium angelorum.
2.Ma.11 Machabæus, et qui cum eo erāt, rogabant dominum, ut bonum angelum mitteret ad salutem Israel. Sequitur, Apparuit præcedens eos angelus in ueste candida.
Luc.1. Ad annunciandam conceptionē Ioannis Baptistę, apparuit angelus domini Gabrieli Zachariæ.
Luc.1. Ad annunciandam conceptionē saluatoris, missus est idem angelus

a deo in ciuitatem Dauid.

Rursus etiã nato dño, angelꝰ dñi Luc.2.
stetit iuxta pastores, & facta est cũ
angelo multitudo militiæ cælestis
exercitus laudantium &c.

Angelus dñi legit etiã apparuis- Mat.1.2
se Ioseph, & ei locutus esse. Primo,
ante natiuitatem dñi. Mat.1. Noli ti
mere accipere Mariã coniugẽ tuã.
Secundo, Post adorationem Mago
rum, Surge & accipe puerum, &
fuge in Aegyptũ Tertio post mor
tem Herodis, Accipe puerũ & ma-
trem eius, & uade in terram Israel.

Post recessum tẽtatoris, legitur, Mat.4.
Ecce angeli accesserunt, et ministra
bant ei.

Post cœnam, in oratione facta Luc. 22.
in horto, apparuit illi Angelus de
cœlo confortans eum.

In eius resurrectioue, angelus do
mini descendit de cœlo. Ioan. 20.
Mat. 28. Mar. 16. Lucæ. 24.

Act. 1. In eius ascensione, Ecce duo uiri astiterunt.

Act. 5. Prīcipes sacerdotum, & omnes qui cum illis erant, iniecerunt manus in apostolos & posuerunt eos in custodia publica. Angelus autē domini per noctem aperiēs ianuā carceris, eduxit eos, & dixit, Ite, & loquimini in templo plebi.

Actu. 8. Angelus domini dixit ad Philippum, Surge & uade meredıem uersus &c.

Act. 10. Cornelius uidit manifeste angelum hora diei nona, intoeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli &c.

Act. 12. Et dormiente Petro in Herodis carcere.

Eodem. Herodes rex uestitus ueste regali sedebat pro tribunali, populus ei acclamabat, Voces dei, nō hominis. Confestim autem percussit eū angelus domini, & consuptus a uermibus expirauit.

A stitit angelus Paulo in naui, dissuadens eum bono animo esse, dicens: Ne timeas Paul e &c. Act. 27.

Significauit deus quæ oportet fieri cito, Post hoc loquens seruo suo Ioanni, qui testificatus est sermonem dei &c. Et totus liber ill plenus est angelicis reuelationib9. Apoc. 1.

De spiritibus malis. Caput. XXXII.

SPiritus mali dicuntur esse dei, quia sunt in potestate dei, & p deum possunt quicqd possunt.

Spiritus dei malus exagitabat Saul. 1. Re. 16.

Dæmonium occidit septem uiros Saræ filiæ Raguelis, sed fuit eiectum per boni angeli Raphaelis aduentum. To. 3. 8.

Super animalia Hiob, & domũ, ubi filij comedebant, & super corpus ipsius Hiob Sathan tantum potuit, quantum prouidentia diuina Hiob. 12

permisit.

Mat.8. Spiritus malus fecit hominem
sæuum, uel crudelem.

Luc.8. Facit quoq; hominem immun-
dum, nam illi duo dæmoniaci sæui
nimis, & habitabant in monumen
tis: & dæmones petierunt intrare
porcos non agnos.

Luc.8. Vnus eorum famosior, uestimē
to nō induebat, ī domo habitabat,
uinciebat catenis & compedibus
custoditus, etiam ruptis uinculis
agebatur a dæmonio in deserta.

Mar,7. Facit quoq; hominem cæcum
Mat.9. & mutum. Item cum apprehende-
Luc.6. rit eum, allidit eum & spumat, &
Mat.17. stridet dentibus, & arescit, & fre-
Mar.1. quēter eum in aquam & in ignem
Luc.4. mittit ut eum perdat.

Mat.8. Laudes malignorum spirituū dn̄s
recusabat. Obmutesce, et exi ab eo.

Luc.8 Potestatem dæmonum paruam
esse & hoc patet, quod nec in por-

cos potuerunt intrare, niſi petita a
Chriſto licentia et obtenta.

Prohibuit dominus ne gauderēt Luc. 10.
diſcipuli, ſi ſpiritus magni ſubijce-
rentur eis, quaſi hoc magnum ab
eis non debeat reputari.

Puella quædam habens ſpiritū Act. 16.
Phytonem, clamabat multis die-
bus poſt Paulum & ſocios eiꝰ. Do
lens autem Paulus cōuerſus eſt ad
ſpiritum: & dixit: Præcipio tibi in
uirtute, & in nomine domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, exire ab ea, & exijt
eadem hora. Nota, Nō curabat Pau
lus doctrinam ueritatis confirma-
ri, per ſpiritum falſitatis.

Quidam Iudæi tentauerūt inuo Actu. 16
care ſuper eos, qui habebāt ſpiritus
malos, nomen domini noſtri Ieſu
Chriſti, dicētes: Adiuro uos per Ie
ſum, quem Paulus prædicat. Reſpō
dens autem ſpiritus nequam, dixit:
Ieſum noui, & Paulū ſcio, uos autē

qui estis? & insiliens homo in eos, in quo erat dæmonium pessimum, dominatus est eorum, & inualuit contra eos, adeo quod nudi & uulnerati recederent a domo illa.

De immortalitate rõnalis animæ. Caput. XXXIII.

Gen. 25 PEr hoc quod dicitur de Abraham, congregatus est ad populum suum, innuitur quod in alio seculo haberet populum, scilicet homines qui bñ uixerant, sicut et ipse.

Gen. 35. Simile habetur de Isaac, appositus est populo suo. Et de Iacob. Gẽ. Cap. . 49.

Gen. 37 Quum crederet Iacob mortuũ esse Ioseph. Descendam, inquit, ad filium meum lugens in infernum. unde credebat eum ibi eẽ secundũ spiritum.

Gen. 24. Fratres Ioseph uolentes dicere, quod unus fratrum suorum mortuus esset, dicebbãt: Duodecim fratres sumus

tres sumus filij uiri unius, minimꝰ cum patre nostro est, alius non est super.

Apparens dominus Moysi i rubo, dixit: Ego sum deus Abraham, Isaac &c. Per hoc probat saluator noster, resurrectionem mortuorū, Non est, inquit, deus mortuorum: sed uiuentium. Exo. 3. Mat. 22.

De Chore & complicibus eius dicitur, descenderunt uiui in infernum, operti humo & perierunt de medio multitudinis. Per hoc patet quod in inferno uiuant mali secundum ani mas. Nū. 16.

Si Saul credidisset Samuelem penitus, quantū ad aīam fuisse extinctū, non petiuisset ipsum suscitari. 1. Re. 21

Mirantibus seruis Dauid, quod ipse pro mortuo paruulo non ploraret, dixit: Ego uadam ad eum, ille uero non reuertetur ad me. 2. Re. 12

Cum suspensus & tribus lāceis 2. Re. 18.

fossus Absalon interijsset, Dauid lachrymabiliter planxit eum. Et ut Augustinus in libro de doctrina Christiana, ait: Non orbitatem filij doluit, sed quia nouerat i quas pœnas tam impie adultera, & parricidalis anima raperetur. Nanque alio prius filio, qui innocens erat, pro quo ægrotante affligebatur, moriente lætatus est, ut secundo Reg. 12. habetur.

3. Re. 17. Orauit Helias pro suscitatione filij hospitæ suæ, dicens: Domine deus meus reuertatur oro anima huius pueri in uiscera eius.

Frequenter legitur in libro Regum, Dormiuit cum patribus suis. Quod quidem nullatenus de brutis animalibus potest dici. Vnde probatur eos uiuere post mortem, & postea resurrecturos esse, sicut in dormiente apparet.

Ex uerbis quæ dixit Tobias, in-

crepans ſtultitiam propinquorum patet manifeſte quod anima uiuat poſt ſeparationem a corpore. Filij, inquit, ſanctorum ſumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus eſt his qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. Item in oratione poſtea dixit, Domine ſecundum uoluntatem tuã fac mecũ, & præcipe in pace recipi ſpiritũ meũ.

Addidit dominus omnia quæcunque fuerant Hiob duplicia, tandem dedit ei ſeptem filios, & tres filias ſicut prius. Hiob. 2. 24.

Secundum Gregorium ultimo moral. Valde expreſſe dixit Salomon in fine Eccleſiaſt. lib. Reuertatur puluis in terram ſuam, unde erat; et ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum. Eccle. ul.

Ex uerbis illis quæ dicunt dãnati in inferno, oſtendunt uiuere tam bonos, quam malos in alio ſeculo. Sap. 5.

Esa. 4. De Nabuchodonosor rege Babylonis dicitur ad literam, Ex quo dormisti, in morte scilicet, nõ ascendit qui succidat nos. Infernus subter te conturbatus est in occursum aduẽtus tui. Et postea, Detracta est ad inferos sup̃bia tua. Et plura ponuntur ibi, per quæ pater illum nõ penitus interiisse, sed ad infernum animam descendisse.

2. Ma. 6. Dum suaderetur Eleazaro, ut simularet se de carnibus sacrificii comedisse, dixit: Et si in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manũ omnipotentis nec uiuus nec defunctus effugiam.

2. Ma. 7. Vnus septem illorum fratrũ dixit, De cœlo ista possideo, sed & p̃pter dei leges hęc ipsa dispicio, quoniam ea ab ipso me recepturũ spero. Similiter ex uerbis matris eius & aliorum patet, quod quantum ad animam, non credebãt se perire.

Razias complexus inteſtina ſua, proiecit ſuper turbas, inuocans dominatorem terræ ac ſpiritus, ut hęc illi iterum redderet, & ſic obijt. Mat.14.

Monens etiam muniens diſcipulos, quos mittebat ſaluator, ait: Nolite timere illos, qui occidunt corpus, animam uero non poſſunt occidere: ſed potius timere eum qui poſtquam occidit, habet poteſtatē mittendi in gehennam. Mat.20.

Nota in eo quod narrat domin' de diuite & Lazaro, nō uidetur parabola aliqua uel ſimilitudo. Vnde uidet̄ fuiſſe hiſtoria manifeſta, & ſic apparet eſſe, ſiue bonorum, ſiue malorum animas imortales & recipeř poſt ſeparationem a corpore prout in corpore meruerunt. Luc.18.

Exemplo uillici iniquitatis, qui fecit amicos de bonis domini ſui, concludit dominus dicens. Facite uobis amicos de mām̄ona iniqui- Eodem.

tatis,ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Quod nihil esset dictum, si anima post separationē a corpore, seu post mortem corporis nullum haberet receptaculum.

Act.7. Deuotam & rectā fidem de anima habebat beatus Stephan⁹. Qui cum lapidaretur dicebat, Domine Iesu accipe spiritum meum.

1.Cor.13 Ex uerbis egregij doctoris Pauli,animam uiuere post separationē a corpore, manifeste apparet. Scimus,inquit, quoniam si terrestris domus dissoluatur, qđ ædificationem habemus ex deo domum non manufactā,sed æternam in cœlis,

Philip.1 Et ad Phil. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo.

Rom.7. Idem Rom.Infœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?Et certe talia non diceret, nisi de uita alia certus esse t.

De fide quam homo debet habere ad Deum. Cap. XXXIIII.

Credidit Abraham deo, & re- Gen. 15.
putatum est et ad iustitiã. Nota: Quod credidit deo promittenti, rem ualde difficilem.

Translato mari rubro, & exerci Exod. 4.
tu Pharaonis submerso, timuit populus dominum, & crediderunt domino & Moysi.

Vsq; ad aquas contradictionis Num. 20
fideliter credidit Moyses cunctis uerbis domini, sed ibi aliqualiter hæsitauit.

Dixit Ionathas armigero suo, 1. Re. 14.
Non est domino difficile saluare, uel in multis, uel in paucis.

Magnæ fidei uerbum fuit, pu- 1. Re. 17.
gnaturus Dauid contra Goliath gigantem, dixit, Tu uenis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem uenio ad te in nomine domin

1.Pa.20 Dixit Iosaphat rex Iuda exercitui suo, ad pugnam cõgregato, Credite in domino deo uestro, & securi eritis: Credite prophetis eius, & cuncta uenient prospera.

2.par.14 Magnę fidei uerbum dixit Aza, Domine, non est apud te ulla distãtia, utrum in paucis auxilieris, aut in pluribus.

Esd.8. Esdras uenturus in Hierusalem, propter magnam & periculosam uiam, noluit petere conductum ab rege sed conuertit ad ieiunium, & orationem.

Neh.4. Videns Nehemias tot imminere pericula & labores, ædificantibus dixit, deus noster pugnabit pro populo, & nos ipsi faciamus opus.

Dan.3. Magnæ fidei uerbum dixerũt socÿ Danielis regi Nabuchodonosor, Deus noster quem colimus, potest nos eripere de camino ignis, & de manu tua liberare; quod si noluerit:

notum sit tibi, q͛d deos tuos nõ co
limus.

Dixit Iudas Machabæus socijs 1.Ma.5
suis timentibus, Facile est concludi
multos in manibus paucorum, &
non est differentia manus dei libera
re in multis aut in paucis. Quia non
in multitudine exercitus uictoria
belli, sed de cœlo fortitudo est.

Eleazarus dixit his, qui uolebant 2.Ma.6.
eum mortem euadere, simulando se
de sacrificij carnibus manducare,
Manus omnipotẽtis nec uiuus nec
defunctus effugiam.

Ex abundanti fide mentis proce
debant uerba illorum septem fratrũ 2.Ma.7.
& matris ipsorum.

Zachariæ patri Ioannis Baptistæ Lucæ.1.
dixit angelus, Ecce eris tacens et nõ
poteris loqui, usque in diẽ quo hæc
fiant pro eo quod non credidisti uer
bis meis.

Elizabeth repleta spiritu sancto Eodem.

beatam uirginem specialiter lauda uit, beatam ait quæ credidisti &c.

Matt. 2. Mira fides in illis tribus Magis fuisse ꝓbatur, qui in Bethleem ab oriente uenerūt, & inueniētes puerū cū paupercula matre, humiliter adorauerunt, & mysticas ei munerum species obtulerunt.

Mat. 8. Merito cōmendatur a dn̄o fides Centurionis qui dixit: Domine nō sum dignus &c. Sequitur, Non inueni tantam fidem in Israel.

Mat. 9. Multū potest ualere cuilibet fides propria si tm̄ paralytico ualuit fides aliena. Vidēs Iesus fidē illoꝝ dixit: Cōfide fili, remittunt tibi peccata tua, statim integraliter sanauit.

Mat. 9. Mulier fluxum sanguinis patiēs intra se ait, Si tetigero tantum uestimenta eius salua ero. Sequitur, Cōfide filia fides tua saluam te fecit.

Mat. 10 Non fecit dominus Iesus uirtutes multas in patria sua propter in-

credulitatem illorum. Mat.14.

Quando Petrus ambulans super aquas cœpit mergi, arguit eum do minus de defectu fidei dicens, Mo dicę fidei, quare dubitasti?

Cōmendatur a dño mulier Cha nanea cui dixit, O mulier magna ē fides tua, fiat tibi sicut uis. Mat.15.

Magnæ fidei uerbum dixit Pe trus Domino interroganti, quid homines dicerent de eo, Tu es, in quit: filius dei uiui. Mat.16.

Mira fides fuit Magdalenæ, id circo iuste a domino exaudiri me ruit, Fides tua te saluam fecit. Lucæ.7.

Credens iam pater pueri lunati ci, humiliter sibi fidem augeri pete bat: & cum lachrymis aiebat, Cre do domine, adiuua incredulitatem meam. Mat.9.

Thomæ dominus dixit, Infer di gitum tuum &c. Noli esse incre dulus sed fidelis, Quia uidisti credi Ioan.20

disti. Beati qui non uidernnt & crediderunt.

Act. 2. Die Pentecostes post primam Petri prædicationem, post spiritus sancti receptionem circiter tria milia hominum crediderunt.

Act. 3. Cum sanatus esset claudus, allocutus est mirantem & stupentem turbam. Multi autem qui audierũt uerbum crediderunt. Et factus est numerus uirorum quinq; milia.

Act. 6. Elegerunt Apostoli Stephanum uirum plenum fide et spiritu sancto.

Act. 8. Eunuchus ait Philippo, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens Eunuchus, ait, Credo dei filium esse Iesum Christum. Et tunc Philippus baptizauit eum.

Ac. 2. 10 Saulus & Cornelius modo uario sed utroque ædificatorio ad fidem Christi fuerunt adducti.

Quidam Ciprij & Cirenæi cum introissent Antiochiam, loquebant ad Græcos annunciantes dominū Iesum, multusq; numerus cōuersus est ad dominum. Act. 11.

Proconsul Paulus, uidens quo modo ad uerbū Pauli apostoli Elymas magus, qui resistebat ei excæcatus fuit, credidit, admirans super doctrina domini. Act. 13.

Paulo & Barnaba dicentibus Iudæis: uobis oportebat primum loq sermone dei, sed quoniam repellitis illum ecce conuertimur ad gentes: audientes autem gauisæ sunt, & glorificabant nomen domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad uitam æternam. Eodem.

Quidam uir de ciuitate Lystris: qui nunquam ambulauerat, audiuit Paulum loquentem, Paulus autem uidens quod fidē haberet, ut saluus fieret: dixit ei, Surge super pedes tu Act. 14.

os rectus, & exiliuit, & ambulabat.

Eodem. Factum est Iconii, ut Paulus & Barnabas simul introirent in synagogam Iudæorum, & loquerentur ita, ut crederet Iudæorum & Græcorum copiosa multitudo.

Act. 16. Transeuntibus Paulo & Barnaba per diuersas ciuitates, Ecclesiæ confirmabantur in fide, & abundabant numero quotidie.

Eodem Custos carceris in quo detinebantur Paulus & Silas, uidens terræmotum fieri & carcerem aperiri, tremefactus procidit ad pedes eorum dicens, Domini, quid me oportet facere ut saluus fiam? At illi dixerunt, Crede in dominum Iesum, & saluus eris.

Act. 17 Cum Paulus disputasset Athenis contra idolatriam, quidam uiri adhærentes ei, crediderunt, in quibus Dionysius &c.

De fidelitate homini seruanda. Caput XXXV

SEruus Abrahæ Eliezer fideliter egit nunciū a domino suo sibi commissum, quando iuit pro Rebecca ad domum Bathuelis. Gen. 24.

Fideliter seruiuit Iacob auunculo suo Laban, quando gregem ipsius pascendo die noctecꝫ æstu urebatur & gelu. Gene. 13

Ioseph erga Dominum suum fideliter se habuit, qui uxorem eius tangere noluit. Gene. 39

Item erga Pharaonem in consilio, quod ei dedit, & in ministerio quod ei exhibuit, scilicet Ioseph. Gene. 41

Rachab meretrix fideliter egit cum exploratoribus, quos miserat Iosue, & ipse Iosue egit postea fideliter cum eadem. Ios. 2. 6.

Quanuis Cabaonitæ fefellissent Iosue & filios Israel, tñ iuramenta & pacta eis seruauerūt, et eos cōtra Ios. 8. 10.

1.Re.10 hoſtes poſtea fideliter adiuuerunt.
Fideliter indicauit Dauid Iona
thas iram patris ſui, & ipſum quan
tum potuit excuſauit, & poſtea con
fortauit.
1.Re.22. Occiſo patre Abiathar occaſione
Dauid Ego inquit, ſum reus omniũ
animarum patris tui, mane mecum,
ne timeas: ſi quis quæſiuerit animã
meam, quæret et animam tuam, me
cumq́ꝫ ſeruaberis.
1.Re.20 Noluit Dauit percutere dominũ
ſuum licet malum & perſequentem
eum, cum tamen ſi uoluiſſet bis eũ
percutere potuiſſet.
1.Re.33 Magnum fidelitatis ſignum fuit
licet indiſcrete egerit armiger Saul,
quando uidens dominum ſuum eſſe
mortuum, noluit ultra uiuere, ſed ir
ruit ſuper gladium ſuũ, & mortuus
eſt cum eo. Quid ergo facere debe
mus pro dño, pro nobis crucifixo?
1.Re.31. Viri, labes Galaad fideliter ſe ha

ad Saul dominum suum, licet malum reuerenter sepelientes eum.

Vrias Ethæus nolebat esse in delitijs, quandiu Ioab dominus suus laborabat in exercitu. 2.Re.11.

Instante captione ciuitatis Rabbath, quandiu obsederat, Ioab misit ad Dauid, ut ueniret, & illam caperet, ut domino suo, nō sibi honor uictoriæ deferreretur. 2.Re.12.

Cum fugeret Dauid a facie Absalon, dixit illi Ethai, Viuit dominus, quoniam in quocūq; loco fueris domine mi rex, siue in morte, siue in uita, ibi erit seruus tuus. 2.Re.15.

Noluerunt uiri Dauid, quod ipse exiret cum eis ad prælium, dicentes, Tu unus pro decem milibus computaris. In quo apparuit quod fideliter diligebant eum. Et sequenti Cap. 21. Iam nō egredieris nobiscum ad prælium, ne extinguas lucernam in Israel. 2.Re.8.

2.Re.20 Separatus omnis Israel a Dauid, secutusq; est Sebam filium Bochri. Viri autē Iuda adhæserunt regi suo tanq; fideles, uidelicet & cōstātes.

1.Par.11 Tres uiri robustissimi fideliter defenderunt Dauid pugnantem cōtra Philistim, & attulerunt ei de aqua cisternæ Bethleem, quam cū desiderio magno petierat.

4.Re.11 Valde fideliter egit Ioiada pontifex cum Ioas filio Ioram regis Iuda, licet male recognouerit postea.

2.Ma.3. Onias summus pontifex, & alij socerdotes laborauerunt fideliter uiduarum & pupillorum deposita custodire.

Mat.25. Commendat dominus confidelitatem seruorum, qui multiplicauerunt sibi tradita.

2.Cor.9 Cum multa fidelitate procurabat Paulus fieri collectas pro necessitatibus pauperum de Iudæa.

Phil.1. Fideles & affectuosas literas mi

sit. Paulus Philemoni pro Onesimo seruo eius fugitiuo.

Discretum & fidele consilium dederunt Paulo quidam de Asiæ principibus, rogantes eum ne se daret in theatrum. Actu. 29

De quiete, & mentis illustratione. Cap. XXXVI.

POstquam exiuit Abraham de Hur Chaldæorum, crebro apparuit ei dominus, & eum diuersis reuelationibus uisitauit. Gen. 12. 13. 15. & 18.

Apparuit dominus Abrahæ in conualle Mãbre, & sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei &c. totũ potest exponi de uiro contemplatiuo. Gen. 18.

Habitabat Isaac in terra australi, & egressus fuerat ad meditandũ in agro. Gen. 24.

Factus est Esau uir gnarus uenãdi, homo agricola, Iacob autem uir simplex habitabat in tabernaculis. Gen. 25.

Gen. 28. Egressus Iacob de Bersabee, pergebat Aram, cunque uellet in quodam loco requiescere post solis occasum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit in eodē loco, uiditq; in somnis scalam stantem.

Gen. 32. Cum mature surrexisset Iacob transiuit uadum Iaboth, traductis q; omnibus quæ ad se pertinebant remansit solus, & ecce uir luctabatur cum eo &c.

Exod. 3. Moyses pascebat oues soceri sui, cumq; minasset gregem ad interiora deserti, uenit ad montem Dei Oreb, apparuitq; ei dominus in flamma ignis.

Exod. 18 Videns Ietro Moysen occupatum iudicando populum expectantem ad uesperam, dixit ei, Stulto labore consumeris, & populus qui tecum est, esto tu populo ī his quæ ad dominum pertinent.

Descendit dñs super montẽ Sinai, Exod.19
& uocauit Moysen in cacumine
eius, ibi reuelauit ei deus iudicia et
præcepta, & ceremonias, quæ po-
pulum docere debebat.

Loquebatur dominus ad Moy- Exo. 33.
sen, facie ad faciẽ, sicut solet loqui &.34.
homo ad amicũ suum. Fuitq; Moy
ses cum domino per quadraginta
dies, et totidem noctes, panem non
comedit, & aquam non bibit.

Dixit dominus ad Moysen, A- Deu.32.
scẽde ad montem istum, et contem
plare inde terram quam daturus
sum filiis Israel.

Samuel dormiebat in templo do 1.Reg.3
mini, & uocauit dñs Samuelem.

Cum sedisset rex Dauid ĩ domo 2.Re.7.
sua, et dominus dedisset ei requiem
undiq; ab uniuersis inimicis, dixit
ad Nathan prophetã. Vides quod
habitem in domo cedrina.

Heliæ fugienti a facie Iezabel 3.Re.19.

ostensum est qđ dñs nõ erat in spi
ritu grãdi, nec in cõmotione, nec in
igne, sed in sibilo aureæ tenuis.

4.Reg.3 Per similitudinem rerum corpo
ralium debet anima sumere iudi-
cium, uel ferri in deum, in quo inse
parabiliter melius inuenitur, quic-
quid delectabile ĩ creatura uidetur.
Vnde cũ caneret psaltes coram Eli
seo, facta est manus dñi super eum.

4.Re.4. Cum Eliseus attente uoluit ora-
re pro mortuo filio Sunanimitis,
non fecit hoc coram aliis, sed clau-
sit ostium.

Tob.3. Sara filia Raguelis, audito grãdi
improperio ab una de ancillis suis,
perrexit in inferius cubiculum do
mus suæ, & tribus diebus & trib⁹
noctibus non manducauit, neq; bi
bit, sed in oratione persistens cum
lachrymis deprecabatur dominũ.

Iudit.9. Videns Iudith populum suum
in arcto positum, ingressa est ora-

torium suum, & induens se cilicio
posuit cinerem super caput suũ &
prosternens se clamauit ad dñm.

Esther regina confugit ad dñm, Esth. 14
pauens periculum, quod immine-
bat. Quumq; deposuisset uestes, fle
tibus & luctu indumenta apta su-
scepit, & deprecabatur dominum,
Adiuua me solitariam.

Post tribulationes & turbatio- Psal. 54.
nes, quas sustinebat Dauid, dicebat
Quis dabit mihi pennas sicut colũ
bæ, & uolabo, & requiescam. Et
subdit modum acquirendi pennas
& requiem, Ecce elongaui fugiens
& mansi in solitudine.

Cum esset Ezechiel in medio ca- Ezec. 1.
ptiuorum facta est super eum ma-
nus domini, & uidit quod uentus
turbinis ueniebat ab Aquilone.

Audiens Daniel crudelem sentẽ Dan. 2.
tiã cõtra sapiẽtes Babylonis latã, in
gressus est in domum suam, & de

nocte per uisionem mysterium reuelatum est ei.

Dan. 9. Dixit Gabriel angelus ad Danielem miro feruore orantem: Egressus sum ut docerem te, & intelligeres quia uir desideriorum tu es.

Hab. 2. Super custodiā meā stabo ait Habacuc, & figā gaudiū meum super munitionē & cōtemplabor, ut uideam quod dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.

Matt. 14 Dimissa turba ascendit dominus in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. In quo exēplum dedit turbas fugiendi, & solitudinem inquirendi.

Lucæ. 1. Ingressus est Zacharias templū dñi, ut incēsum poneret, & oīs multitudo populi erat orans foris. Tūc ei apparuit angelus domini.

Lucæ. 10 Martha circa ministeriū solicita & turbata erat: Maria autem sedens secus pedes domini, audiebat

uerbum illius. Et est notabile ual-
de, quod tam pio & deuoto mini-
sterio præfertur quies, & audientia
uerbi domini. Ioan. 11

Videns Iesus Mariam plorantẽ,
& Iudęos qui uenerant cum ea plo
rantes, infremuit spiritu, & lachry-
matus est, quod nequaquã fecerat
quando loquuta est ei Martha.

Miro & ineffabili modo fuerũt Act. 2.
discipuli domini docti & illustrati
in aduentu spiritus sancti. Act. 9.

Postquam lux de cœlo Saluum
circumfulsit, & ipse cadens in ter-
ram excæcatus fuit, Deinde per tri
duum ieiunans, & orans excellẽtes
reuelationes habuit a Christo. Act. 10.

Cum hospitaretur Petrus in do-
mo Simonis coriarij, ascendit qua-
dam uice in superiora domus, ut
oraret. Ad hoc uidelicet, ut posset
uacare quietius, a turba inferius
existente remotus. Et tunc reuela-

uit ei dominus in mentis excessu
quod gentiles non erant repellend
a prædicatione Euangelij.
2 Cor. 12 Raptus fuit Paulus usq; ad tertium cœlum, & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui.

Altissima uero eius sapientia apparet in Epistolis suis, præcipue autem Roma. 1. 9. 10. 11. Tũ etiam ad Ephesios. 1. & . 2. & Colos. 1. 2. He. 1.

Apo. 1. Beato Iohãni sequestrato a tumultu & consolatione mundi, quando in insula Pathmos exulauit, reuelauit dominus facta cœlestia. ut in Apoc. patet.

De lõganimitate. Ca. XXXVII.

Gen. 21 MVltis annis expectauit Abraham antequam haberet filiũ de Sara, quia iam centenarius erat, quãdo natus est Isaac.

Promissione primo facta Abrahę, usque ad ingressum seminis sui, fluxerunt anni. 440.

Permisit dñs Israel in Aegypto flagellari longo tempore & affligi, & postea per desertum tentari quadraginta annis, antequam ueniret ad terram promissionis, sicut apparet in Exod. & lib. Numerorum, quasi per totum.

Filij Israel contra tribum Beniamin pugnantes, multi contra paucos bis bellati fuerunt, tandem preualuerunt. Iudi. 20

Afflictus corpore, orbatus filijs, derisus ab amicis, & rebus omnibus spoliatus Iob, dicebat, Et si occiderit me, in ipsum sperabo. Iob. 13.

Parentibus Tobiæ irridentibus eũ & dicẽtibus, Vbi ẽ spes tua pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tobias increpabat eos, dicẽs, Nolite ita loqui, qm̃ filij sanctorũ sumus, & uitã illã expectamus, quã deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo, Tob. 2.

Dan. 13. Cum esset Susanna duorum præsbyterorum iniquo condemnata testimonio, dicitur tamen de ea, Quod erat cor eius habens fidutiā in domino.

2. Ma. 7. Vnus illorꝫ septē fratrum postulatus a tyranno, linguā cito protulit, & manus cōstāter extēdit, & cū fidutia ait, E cœlo ista possideo.

2. Ma. 12 Machabæus Iudas misit Hierosolymā duodecim milia drachmas argenti, offerri eas ibi pro peccatis mortuorum, iuste & religiose de resurrectione cogitans.

Lucæ. 2. Homo erat in Hierusalē, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus expectans consolationem Israel.

Act. 1. Ascensurus in cœlum Saluator præcepit discipulis suis, ut non discederent ab Hierosolimis, sed expectarent promissum patris.

Act. 23. Videns Paulus quod una pars

erat Pharisæorum, & alia Saducæorum, exclamauit in cõcilio, Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisęorum, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.

Monet Apostolus Timotheum, ut præcipiat diuitibus, non sublime sapere nec sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuente. 1. Ti. 6.

De timore Dei. Cap. XXXVIII.

VSque ad beatitudinem confirmatam non potest esse securitas, nã & angeli in cœlo empyreo, & primi parentes in terrestri paradiso peccauerunt. Gene. 3.

Loth inter peccatores pessimos bonus fuit, & exiens inde cũ filiabus proprijs in monte peccauit. Gene. 19

Defectus timoris diuini est causa peccati, ideo dixit Abraham & Abimelech, Cogitaui mecum dicens, Forsitan non est timor dei in loco isto, & interficient me. Gen. 20.

Exod. 1. Timuerunt obſtetrices dominũ & æficauit illis domos.

Exo. 20. Voluit dominus in filios Iſrael multum timorem incutere, ideo cũ tonitruis, & igne, & ſignis terribilibus legem dedit.

Non debet homo confidere in probitate parentũ, Abraham enim plures habuit malos filios, unum bonum.

1. Reg. 8. Samuel habuit duos, ambo fuerunt mali Dauid etiam multos malos. Salomon habuit unum malum & ſtultum. Et de multis aliis inueniuntur exempla.

Exo. 14. Poſt tranſitum, maris rubri & ſubmerſionem exercitus Pharaonis dicitur, Timuit populus dominum, & crediderunt domino, & Moyſi ſeruo eius.

3. Re. 18. Abdias diſpẽſator dom⁹ Achab, timebat dominum Iſrael ualde, nã cum interficeret Iezabel prophetas

domini, tulit ille centum prophe-
tas, & abſcondit eos, & pauit. Ho-
mines quos miſit rex Babylonis 4.Re.18.
ad habitandum Samariam, non ti-
mebant dominum, & immiſit eis
dominus leones, qui interficiebant
eos.

Conſtituit Ioſaphat iudices in 2.Par.19
cunctis ciuitatibus Iuda, præci-
piens eis inter cætera, Sit timor do
mini uobiſcum, & cum diligentia
cuncta facite. Non enim apud do-
minum deum noſtrum iniquitas. Tob.1.

Tobias ſenior ab infantia filium
ſuum timere dominum docuit, &
timentes deum ad conuiuium ſuũ Tob.2.
fecit uocari. Sequitur, plus timens
deum quam regem, rapiebat cor-
pora occiſorum, & ſepeliebat. Tob.9.

Tobias iunior & amici ſui timo
re domini nuptiarum conuiuium
exercebant.

Cõfitendo in oratione domino, Tob.3

dicebat Sara filia Raguelis, Virum cum timore tuo, non cum libidine mea consensi accipere.

Iudit. 8. Erat Iudith in omnibus uidua famosissima: quoniam timebat deum ualde, nec erat qui loqueretur de ea uerbum unum malum.

Iob. 31. Inter alia, de quibus cõmẽdatur Iob, signantet tangitur timor Dei. Cap. 1. & 2. Vnde ipse dixit, Semper enim tumentes quasi super me fluctus timui deum.

Pro. 31. De muliere forti dicitur specialiter, Mulier timens deum ipsa laudabitur.

2. Ma. 6. Cum plagis perimeretur Eleazarus ait Domine, tu scis quia cum a morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundum animam uero, propter timorem tuum, libenter hæc patior.

Ionæ. 1. Commota tempestate magna, nautę cũ q̃bus erat Ionas, miserunt

ipsum

ipſum in mare, & ſtetit mare a furo re ſuo, & timuerunt uiri timore magno dominum, & immolauerunt hoſtias, & uouerunt uota domino.

Si timẽdus eſt aliquis dominus, quia poteſt multa bona donarẽ, multo magis ſumme timẽdus eſt deus, quia ſumma bona donare poteſt. Vnde Tobias, Noli timerẽ fili, multa bona habebimus, ſi timuerimus deum. Et quia poteſt mala inferre, propter hoc Chriſtus dicit, Timete eum, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. Tob. 3. Mat. 10.

Si grauiter eſt punitus ſeruus ille, qui talentum ſibi creditum non multiplicauit, ſed ligatum in ſudario integrum reportauit, quid fiet de illo qui omnia diſſipat luxurioſe uiuendo, & quantum in ipſo fuit dominum impugnando? Lucæ. 19

Valde grauiter punietur illi, qui opera iniquitatis & nequitiæ per- Mat. 23.

petrauerunt. Ex quo apparet quod ita confundentur, qui opera miseri-cordiæ non fecerūt. Ite, dicetur, maledicti.

Lucæ, 2 Simeon erat homo iustus, & timoratus expectās redemptionem Israel.

Act. 8. Viri timorati curauerūt Stephanum a Iudæis lapidatum, & fecerūt plāctum magnum.

Actu. 9. Post conuersionem Pauli scriptū est, Ecclesia ædificabatur, ambulās in timore domini, & consolatione spiritus sancti replebatur.

Act. 10. Occasione Cornelij deum timentis, dixit Petrus, in omni gente, qui timet deum, & operatur iustitiam acceptus est illi.

De timore, quo mali timent bonos. Cap. XXXIX.

Gen. 21 Dixit Abimelech ad Abraham, Deus tecū est in uniuersis, quę agis. Iura ergo per deum, ne mihi

noceas.

Aegyptij ꝑsequētes filios Israel, qui ibant per medium mare, dixerunt, Fugiamus Israel Deus enim pugnat pro eis. Exo.14.

Vidēs Saul quod dominus esset cū Dauid, cœpit timere eum. 1.Re.17

Princeps quinquagenarius, qui tertio uenit a Heliam, reuerenter locutus est ei, quod & quia non fecerant, duo alij fuerunt ab igne de super ueniente consumpti. 4.Re.1.

Factum est cum completus esset murus Hierusalē & timerēt uniuersæ gentes, quæ erant in circuitu. Neem.6

Cecidit timor Iudæ & fratrū ei⁹, & formido super omnes gentes in circuitu eorum, & peruenit nomen eius ad regem. 1Mac.3

Audierūt aduersarij, q̄a parat⁹ est Ionathas cū suis in bello, et timuerūt, et formidauerunt in corde suo. 1.Ma.12

Postquā Lysias fuit debellatus a 1.Ma.11

Iuda Machabęo uoluit pacem face re cum eo, & promisit cōsensurum se omnibus quæ iusta erant, quasi ad uoluntatem Iudæ.

Mar, 6. Herodes metuebat Iohānē, sciēs eum uirum iustum & sanctum, & custodiebat eum.

Act, 5. Post terribilem mortem Ananię & Saphiræ, erant omnes discipuli in porticu Salomonis: cæterorū autem nemo audebat se illis coniūgere, sed magnificabat eos populus.

Act, 16. Cū Paulus & Silas essent in carcere pari er positi, & pedes eorum ligno stricti, subito terræmotus factus est magnus. Custos autem carceris tremefactus procidit Paulo et Sila ad pedes & ait, Domini, quid me oportet facere ut saluus fiam?

De dilectione Dei. Cap. XL.

Exo, 20. DAturus legem Moysi dominus dixit ei, Ego sum domin⁹ deus tuus faciens misericordiā his

qui diligunt me,& custodiunt præcepta mea.

Præcipuum omnium mandatorum legis est dilectio dei. Nam dixit Moyses post decem mãdata populo repetita, Diliges dominũ deũ tuum,ex toto corde tuo &c. Deut. 6.

Timorem dei & amorem, uolẽs specialiter imprimere in populo, Moyses ait,Et nunc Israel, quid dominus deus tuus petit a te? nisi ut timeas dominum deum tuum,et ambules in uijs eius,& diligas eum,ac seruias domino deo tuo,in toto corde tuo,&c. Deut. 10

Longæuus Iosue & p̃senilis ętatis uocat omnem Hierusalẽ,& monens eos de multis dixit inter cætera,Hoc tantum diligentissime præcauete,ut diligatis dominum deũ uestrum. Iosue. 13

De rege Dauid dicitur, de omni corde suo laudauit deum, & dilexit Eccle. 47

dñm, qui fecit illum. Vnde ipsemet dicebat, diligã te dñe fortitudo mea

1. Co. 6. Apostolus Paulus talem tulit sententiam, Si quis non amat dominũ Iesum christum, sit anathema Maranatha.

Galat, 2 Quia amor est uirtus motiua ad christum, magnum amorem Paulus habebat, qui ei crucifixus erat. Et potest notari de Paulo qđ Christus erat ei sua sapientia, Non iudicaui me scire aliud inter uos, nisi Iesum christũ & hunc crucifixum.

Phili. 3. Item sua substantia, Omnia, inquit, detrimentum feci & arbitror ut stercora, ut Christo lucrifaciam.

Colos. 1. Sua iustitia: Factus est nobis sapientia, iustitia & sanctificatio et redemptio.

1. Co. 14 Potest dici, quod Christus in eo loquebatur, An experimẽtum quæritis eius, qui in me loquitur xps?

Item Christus in eo operabatur,

Non audeo aliquid loqui eorum, Galat.2.
quæ per me non efficit Chriſtus.
Item chriſtus in eo uiuebat, Vi-
uo ego, iam nõ ego, uiuit autem in
me Chriſtus.
Philippen.3. Mihi uiuere xp̄s ẽ.
Item chriſtus in eũ triumphat, 2.Cor.2
Deo gratias: qui ſemper triumphat
in nos, in chriſto.
Poteſt quoq; dici chriſti ſeruus, Rom.1.
Paulus ſeruus Ieſu chriſti.
Et chriſti apoſtolus, Paulus apo 2.Cor.1
ſtolus Ieſu chriſti per uolũtatẽdei.
Item chriſti legatus & uicarius, 2.Cor.5
Pro chriſto legatione fungimur, tã
quam deo hortante per nos, obſe-
cramus pro chriſto reconciliamini
Deo.
Et dei adiutor erat, Dei ſumus adiu 1.Cor.2
tores.
Etiam pugil, uel certator, Bonũ
certamen certaui.
Et alibi, Sic curro, non quaſi aerẽ 2.Ti.4.

uerberans. Et prima Corinthiorũ
decimoquinto, Si secundum homi
nem cum bestijs depugnaui.

Item cursor. Si curro non quasi
in incertum, Prima Corinthiorum
nono. Cursum consummaui.

Item specialis imitator, Imitato
2.Ti.4. res estote, sicut mei, ego Christi.

Pulchram facit quæstionem bea
1.Ioan.4 tus Ioannes, dicens, Nos ergo dili-
gamus deum, quoniam ipse prior
dilexit nos.

De dilectiõe ꝓximi. Ca. XLI.

Gene. 4. REprehensus est Cain a domi-
no grauiter, & punitus, quia
contra fratrem suum inique egit, &
se non esse custodem dixit eius.

Gen. 18. Nota, quam diligenter & solicite
orabat dominum Abraham, ut par
ceret Sodomitis, quod erat magnæ
dilectionis signum.

Exo. 32. Tantam dilectionem erga pro-
ximos sibi subditos Moyses habe-

bat, quod ipse orans dominum, dicebat, Aut dimitte eis hãc noxam, aut dele me de libro tuo.

Optabat Moyses orans de populo prophetas, licet honor eius inde minui uideretur. Num. 12

Noluit Moyses magis dominũ, quod ei dominus promittebat: in tantũ proximos suos, q̃bus pręerat, diligebat. Num. 11

Filij Israel post occisionem filiorum Beniamin, magno ululatu cœperunt flere dicentes, Quare domine deus noster factũ est hoc malũ? Iudic. 21

Anima Ionathæ colligata est animæ, Dauid, & dilexit eũ quasi animam suam. 1. Re. 18

Ostendit Dauit se diligere inimicum, in planctu Saul, Amicum, in planctu Ionathę. Similiter in planctu Abner. 2. Reg. 1.

Filium quoq;, licet malum, & sibi aduersarium fleuit. 2. Re. 18.

Nehe-miæ p totum. Magnam dilectionem ostendit se habere Nehemias ad filios transmigrationis, quod patet in his quæ eis fecit.

Tob. 1. Quia Tobias multis multa opera charitatis exhibeat, multi diligebant eum. Vnde cum iussus esset occidi a rege, latuit, & inuentus non fuit.

Mat. 18 Tantam dilectionem uult dominus ad proximos nos habere, ut dixerit Petro, Non esse dimittendum septies peccãti fratri, sed usq; septuagies septies.

Luc. 10. Ad proximũ magnam dilectionem habuisse laudatũ Samaritanus ille, qui appropians semiuiuo, misericordia motus est, & eius uulnera alligauit, infundens oleum & uinum.

Actu. 7. Miram dilectionẽ ad proximũ habuisse monstratur beatus Stephanus, qui pro lapidatoribus suis de-

uotius, quam pro se orasse uidetur. Nam pro illis genua posuit, & uoce magna clamauit: pro se uero simpliciter dixit, Domine Iesu suscipe spiritum meum.

Inæstimabiliter Paulus proximos diligebat, erat enim erga eos, ut mater parturiens, nam dicebat Galatis, Filioli mei, quos iterum parturio. Galat. 4

Item tanquam pater corripiens per Euangelium in christo, Ego uos genui, & paulo post, in uirga ueniã ad uos. 1. Cor. 4

Ad Thessalo. Tanquam pater filios deprecantes uos, & consolãtes testificati sumus. Eodem. Tanquã nutrix fouens & blandiens, facti sumus, ait, tanquam si nutrix foueat filios suos. 1. The. 2

Et alibi, Tanquam paruulis in christo lac potum dedi uobis. 1. Cor. 3.

Item tanquã magister & doctor Tim. 1.

erudiens, Positus sum prædicator, & apostolus & magister gentium in fide & ueritate.

Philip.4 Item tanquam frater & socius collaborans et coadiuuans, Fratres mei dilectissimi, & desideratissimi, rogo te germa.compar.&c.

Et cap.1.ad Phil. Habeo uos in confirmatione Euãgelij, socios gaudij mei &c.

Et.2.Cor.1.Non dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri.

2.Cor.5 Item tanquam legatus reconciliatis, Pro xpo legatione fungimur.

Actu.20 Et apostolus, bona annuncians, Vos scitis qualiter nihil subtraxerim uobis utilium quo minus annunciarem uobis, & docerem uos publice per domos.

Actu.17 Et alibi, Quod ignorãtes colitis, ego annuncio uobis.

1.Cor.3. Item architectus ædificans, Vt

ſapiens architectus poſui fundamē tum.

Per aliā nihilominus uiā poteſt dici, quod Paulus oſtendit ſe eē proximorum feruentiſſimum dilectorē, per hoc uidetur, quod ipſe multa pro eis faciebat. Siquidem uel ſuſtinebat, uel dabat ea, quæ non habebat, ab habentibus, pro indigentibus procurabat. Quod enim ſuadet ad utilitatem proximorum, ipſe teſtatur. Ad ea, quæ opus erant mihi, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Sequitur, Quoniā beatius eſt darē quam accipere. Quā uis autem ſuperogationis eſſet, cū ab ipſis accipere poſſet, in hoc faciebat, ut illis quibus prædicabat parceret. Vnde ad Corinthios: Paratus ſum uenire ad uos, & non ero uobis grauis. Non enim quæro quæ ueſtra ſunt, ſed uos. Actu. 20

Secundo, ut pſeudo apoſtolis glo 2. Cor. 12

riandi occasionem auferret, In omnibus sine onere me seruaui, & seruabo. Quod facio & faciam, ut amputem occasionem eorum, qui uolunt ut in eo de quo gloriãtur, reperiantur sicut & nos.

2.Co.11 Tertio, Vt ex inde maiorẽ mercedem haberet, non usi hac potestate, ut accipiamus (scilicet) sumptus a uobis: sequitur, Quæ est ergo merces mea? ut prædicans sine sumptu ponam euangelium christi.

1.Co.16 Rursus etiam ipse procurabat ab ecclesiis de Achaia, ad donandum pauperibus de Iudæa ob quam causam collectas fieri faciebat, & fideles ad hoc efficaciter inducebat.

Item, Qui parce seminat, parce metet. 2. Corinthiorum. 9.

1.The.2 Dabat proximis uerba dei, quibus copiosissime abbundabat: imo etiam seipsum eorum utilitatibus dedicabat. Volebamus tradere uo-

bis non solum euangelium, sed &
animas nostras, ꝓpterea quod cha-
ri nobis facti estis.

Sic & Corinthi: Ego ipse libentis- 2.Co.12
sime impendam & super impēdar
pro animabus uestris.

Mira insup̄ de corpore suo fecit Profe-
proximis ad fidē & salutē conuertē ctio pau
dis, p̄dicando uc3, disputādo, discur li.
rendo a Damasco in Arabiā, in Hie
rusalē, in Antiochiā. Deinde nūc ius
su spiritus sancti cū Barnaba de An
tiochia in Cyprū: Inde nauigantes
per Ciliciā, & post euntes in Persi
dē, Iconiū, Lycaoniam cōstituerūt
presbyteros p̄ singulas Ecclesias,
Et tādē post factum multiplicē fru
ctū Antiochiam redierūt. De his ha Act.14.
bet in Actib': Postmodū uero Pau
lus uolens uisitare fratres q̄bus p̄di
cauerat uerbū dei, assumpto Sila in
sociū profectus est in Syriā & Cili
ciā. Inde trāsiēs Phrygię et Galatiæ

regionem uenerunt Myſiam, & po ſtea uocatus in Macedoniam naui gauit. Et tunc Paulus Theſſalonicę & in multis alijs ciuitatibus regionis illius multum fructum faciens, conſequēter peruenit Athenas, ubi cum Philoſophis curioſis ſalubriter diſputauit. Ex quo tranſtulit ſe Corinthum & ibi multum populū domino acquiſiuit. Inde profectus eſt Epheſum, & ingreſſus ſynagogas, diſputauit cum Iudæis. Inde egreſſus deſcēdit Cæſaream, de Cęſarea uenit Antiochiā, & facto ibi aliquanto tempore, profectus eſt Galatiam regionem, & Phrygiā, confirmans omnes diſcipulos. Et poſtea peragratis ſuperioribus partibus, iterum uenit Epheſum, ibiq; biennio commoratus diſputans & ſuadēs de regno dei, fecit ut omnes qui habitabant in Aſia, audirēt uerbum Domini: tam Gentiles quam

Iudæi. Inde reuersus per Macedoniam, & Troadem, & Miletum, & per plures alias ciuitates & insulas transiens, applicuit Tyro, et de Tyro Ptolomaidem, & Cęsaream iter faciens. Deinde Hierusalem cum multa flagitatione peruenit. Vbi comprehensus a Iudæis, tractus & uerberatus fuit, & coram diuersis iudicibus nequiter accusatus, a manifesto grauamine Cæsarem compulsus appellare. Traditus autem Centurioni post naufragia & numerata pericula ad urbem Romanā catenis uinctus accessit, ibique prędicationi ac doctrinę insistens, ire etiam in Hispaniam proponebat. Ecce quomodo amabat illos, pro quibus tot & talia sustinebat. Vnde ait, Oīa, charissimi, ad ædificationem uestram.

Apparent etiam signa dilectionis, cum quis uult sustinere, uel pati

Eccl. 22. grauia pro amicis. Vnde Ecclesiastici dicitur, Amicum salutare non confundaris. Et si mala tibi euenerint per illum, sustine.

Ex iam dictis uero Paulum mira sustinuisse liquet, pro utilitatibus proximorum. Vnde ait, Omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur. De hoc require in capite de tribulationibus. Ibi enim de his multa inuenies.

Magnam dilectionem ad proximos habuisse Ioannem Euangelistam, patet ex uerbis suis. Ex abundantia enim cordis, os eius loquebatur, quãdo dilectionem, uel charitatem toties repetebat. Sicut apparet præcipue in prima epistola cap. 3. & 4.

De inuidia. Cap. XLII.

Sap. 2. INuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum. Quia scilicet uidit diabolus hominem in sta

tu felici esse,& ad illum posse ascendere, unde ipse corruerat, ideo tentauit hominem,& uicit.

Inuidia motus Cain, fratrem suum Abel occidit, quando uidit munera eius acceptari a deo, & nõ sua. Gene.4.

De Isaac dicitur, Benedixit illi dominus, & locupletatus ē homo Ob hoc inuidētes ei Palæstini. Per hoc patet quod prosperitas hominis causat inuidiam malis, occasionaliter tamen. Gen.26.

Rachel sterilis sorori fœcundæ inuidit. Ecce quomodo inuidia nec propinquis parcit. Gen.30.

Fratres Ioseph inuidebant ei animo pessimo & crudeli, uidentes quod a patre plus cunctis fratribus amaretur, & audientes somnia, quæ narrabat. Et nota ibidem ad quantum facinus ex illa inuidia proruperunt. Gen.37.

Num.11 Cum duo uiri prophetarent in
castris, Iosue quasi inuidens, dixit,
Domine mi Moyses, prohibe eos
ait ille: Quid æmularis pro me?

Num.12 Maria soror Moysi & Aaron lo
cuti sunt contra Moysen dicentes:
Nō per solum Moysen locutus est
dominus, Ex quo apparet, quod in
uidus non parcit beneficis, uel pro
pinquis. Moyses enim eorum fra-
ter erat, & per eum grandem reci-
piebat honorem.

1. Re. 18 Percusso Philistæo cantabāt mu
lieres, Saul percussit mille, & Da-
uid decē milia. Iratus est aūt Saul
nimis & displicuit ei sermo iste.

2. Re. 17 Videns Achitophel quod non
factum fuerat secundum cōsilium
suum, sed magis secūdum Chusai,
abiens in domum suam suspendio
interijt.

1. Esd. 3. Aedificantibus templum filijs
Iuda, post reditum de Babylone,

gentes quæ erant in circuitu dolue rũt, & eos multipliciter ĩpedierũt.

Audierunt Sannaballath & Tobias, quod uenisset homo, qui quæreret prosperitatem filiorum Israel, cõtristati sunt afflictione magna. Neh. 2.

Daniel superabat omnes principes & Satrapas. Vnde omnes principes & Satrapæ quærebant occasionem, ut eruerent Danielem ex latere regis. Dan. 9.

Alchinus uidens charitatem Iudæ, & Nicanoris adinuicem, uenit ad Demetrium, & dicebat Nicanorem rebus alienis assentire, Iudãque regis insidiatorem, successorem sibi destinasse. 2 Ma. 14

Videntes principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ dominus faciebat, & pueros clamantes, Hosanna filio Dauid, indignati sunt. Mat. 21 Luc. 19.

Frater filij prodigi, audiens festũ quod faciebat pater adolescentiori Luc. 15.

filio reuertenti, indignatus est, nole
bat introire.

Ioan. 2. Ab Ioāne Baptista longe fuit inuidia relegata, ad quem cum uenirent discipuli, & dicerent, qđ Christus baptizaret, & omnes irēt post eum: respondit, Amicus sponsi &c. In hoc ergo gaudium meum impletum est, illum oportet crescere, me uero minui &c.

Ioan. 11 Quidam Iudæi qui uiderant Lazarum a dño suscitari, abierunt ad Pharisæos & dixerunt. Quid facitis? Vnde Pontifices & Pharisæi collegerunt concilium.

Actu. 15 Ad tam imane scelus principes sacerdotū ex inuidia ꝓruperūt qđ legitur, Sciebat Pilatus qđ ꝑ inuidiam rradidissent eū summi sacerdotes, uidelicet ipsum dei filium dominum Iesum Christum.

Actu. 4. Petro & Ioanne loquentibus ad populum superuenerūt sacerdotes

& magiſtratus populi & Saducæi moleſte ferentes , quod docerent populum.

Exurgens princeps ſacerdotum, & oẽs qui cum illo erant uidentes ſigna, quæ per Petrum fiebant, repleti ſunt æmulatione, & iniecerũt manus in apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica. Actu. 3.

Audiẽtes uerba Stephani Iudæi, diſcecabant̃ cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eũ, dolẽtes quod non poterant reſiſtere ſapientiæ & & ſpiritui, qui loquebatur. Actu. 6.

Conuenit pene uniuerſa ciuitas audire uerbũ dei, quod Paulus & Barnabas prædicabant. Videntes autem Iudæi, repleti ſunt zelo. Actu. 12

Ex Theſſalonicenſibus, Iudæis, & gentilibus crediderunt multi uiri & mulieres nobiles non paucæ: zelantes autem Iudæi concitauerunt ciuitatem. Actu. 17

De correptione fraterna. Caput. XLIII.

Gen. 21 CORripere, proximum uel reprehendere ē opus misericordiæ. Vnde postꝗ̄ iurauerat Abraham Abimelech, quod faceret ei misericordiam, continuo sequitur: Quod increpauit Abimelech.

Gen. 13. Charitatiue & mansuete compescuit Abraham iurgium, quod erat inter pastores suos, & nepotis sui Loth.

Gen. 19 Dulciter & benigne increpabat Loth Sodomitas, licet illi non acquieuerint ei.

Gen. 15 Ruben & Iudas temperauerunt furorem fratrum suorum, ne occiderent Ioseph.

Exod. 2. Moyses iniuriantem Hebræum charitatiue corripuit, sed ille pro malo habuit, & ad iniuriosa uerba ꝓripuit, Nūquid occidere me uis?

Exo. 18. Videns Iethro populū expectan

tem iudicari p̱ Moysen, dixit: Stulto labore consumeris. Et nota, quo modo tantus homo gentilis hominis monitioni acquieuit.

Phinees filius Eleazari & cęteri nuncij fratres suos qui ædificauerãt altare in scandalum filiorum Israel, discrete arguerunt, & satisfactionē libentissime susceperunt. Iosu. 22

Miserunt nuncios filii Israel ad tribum Beniamin, qui dicerent, Cur tantum nephas in uobis repertum est? Tradite homines, qui hoc flagitium perpetrauerunt. Iud. 20

Increpando Ionathas patrem suum Saul: pro iniqua persecutione Dauid, eius malitiam aliqualiter in principio temperauit. 1. Re. 19

Volens Abigail arguere uirum suum super duritia, quam ostenderat nuncijs Dauid, noluit quidem statim dicere post prandium, sed expectauit tempus oportunum so- 1. Re. 25.

lum usq; ad crastinum, cum prius uinum bibitum digessisset.

2.Reg.2 Abner bene arguebat Asahel, q nimis urgebat persequendo eum: sed ille audire contempsit, & propterea occisus fuit.

2.Re.12. Nota quam discrete arguit Nathan propheta Dauid, cum peccasset, adulterium & homicidium cõmittendo: non enim cum furore dixit, Pessime fecisti, sed assumpta similitudine congrua illaqueauit eũ uerbis oris sui.

1.Re.18. Cum magno zelo arguit Helias populum, dicens: Si dominus deus est, sequimini eum: Vt quid claudicatis in duas partes?

3.Re.20 Reprehensurus regem Achab regem Israel uir quidam de filijs prophetarum, proposuit ei similitudinẽ, per quam cognouit rex peccatũ suũ.

4.Re.3. Cũ magna libertate dixit Eliseus ad Iorã regẽ Israel, exercitu circũ-

ſtante, Si nõ erupeſcerẽ uultũ Ioſa-
phat, nõ attẽdiſſẽ te, nec reſpexiſſẽ.

Sacerdotes reſtiterunt Ozie re- 2.Par.26
gi Iuda uolenti adolere incenſum,
& dixerunt: Non eſt tui officij ut
adoleas incenſum.

Cũ magno ardore corripuit Eſ- 1.Eſd.9.
dras filios trãſmigrationis, qui du- &.10.
xerunt alienigenas contra legem.

Neemias audiens clamorem po
puli propter grauamina, quæ patie Neem.5.
batur a diuitibus, increpauit opti-
mates & magiſtratus. Idem facit,
pro eo quod multi portãdo onera,
diem ſabbati prophanabant. Tob.2.

Irridebant Tobiam parentes &
cognati eius, at ipſe increpabat eos
dicens: Nolite ita loqui, filij ſancto-
rum ſumus &c. Iudit. 8

Audiẽs Iudith ꝓpoſitũ ciuiũ ſuo
rũ, qđ poſt quinq; dies uolebãt ci-
uitatẽ tradere Aſſyrijs, reprehendit
eos ſermonib⁹ fidelib⁹ & diſcretis

Dan. 5. Daniel ualde discrete arguit regem Balthasar exemplo patris sui. Et nota quam patienter rex illum audiuit, licet dixisset contra eum & postea ipsum magnifice honorauit.

Matt. 3. Luc. 2. Cum miro furore dicebat Ioannes Baptista Pharisęis & saducęis, Progenies uiperarum quis demõstrauit uobis fugere a uentura ira?

Mat. 14 Mar. 6. Dicebat Ioannes Herodi adulteranti cum Herodiade uxore fratris sui, Non licet tibi illam habere.

Mat. 16 Indiscrete, licet pie, uoluit dominum Petrus increpare, cũ diceret, Oportere eum pati a principibus: sed dominus dure respondit, Vade post me Sathana.

Mat. 18 Veram & certam dedit dominus regulam Petro de correctione fraterna, Si peccauerit in te frater tuus corripe eũ inter te & ipsum solum.

Luc. 23, Vnus de his latronibus, qui pen

debant, blasphemabat dominum Iesum: Respõdens alter increpabat eum, dicens: Neq; tu times deũ &c. Nos digna factis recepimus &c.

Ioan. 9. Pulchre arguebat & conuincebat Phariseos ille cæcus natus, a domino illuminatus, dicens: Mirabile quiddam est, quod uos nescitis unde sit ille hõ, & aperuit oculos meos. A seculo nõ est auditum, qđ aperuerit quis oculos cæci nati, nisi hic esset a deo, non potuisset facere quicquam.

Actu. 2. Videns Petrus quosdam Iudæos admirantes, & discipulos deridẽtes, discrete & confidenter arguit illos & instruxit, & ad fidẽ cõuertit.

Simile accidit cap. 13. Actu. Post sanationem claudi & culpas eorũ ipse ostendit, et aliqualiter excusans eos, multa dulcia uerba dixit, ita quod conuersi fuerunt quinque milia hominum.

Actu.5. Durissime increpauit Petrus Ananiam & Saphiram, pro eo qđ fraudauerant de precio agri quod uendiderant, & partes ad pedes Apostolorum posuerant.

Stephanus in concilio Iudæorum Actu.7. existens cōfidenter increpabat eos, dicens inter cætera, Duri ceruice, & incircuncisi corde & auribus, uos semper spirituisancto restitistis: sicut patres uestri: ita & uos. Quem prophetarum non persecuti sunt patres uestri?

Paulus intuens Elymam magū, Actu.13 qui nitebatur auertere procōsulem a fide, dixit illi: O plene omni dolo: & omni fallacia fili diaboli, & inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere uias domini rectas?

Simonem magum pro dono dei Actu.3. pecuniam offerentem, Petrus terribiliter increpauit, dicens. Pecunia tua tecum sit in perditionem.

Miro diſcretionis modo, Paulus ar- Rom. 3.
guit Romanos ex gentilibus & Iudæis cõuerſos, qui ſuperba cõmotione uolebant ſe alterutrum ſupponere. Oſtendit autẽ utroſq; peccaſſe, & glorioſa dei miſericordia indigere. Nam gentiles legis naturalis, & Iudæi legis Moſaicæ fuerant tranſgreſſores. Cauſati ſumus, inquit, Iudæos & Græcos, id eſt: Gentiles & circunciſos omnes ſub peccato eſſe.

Corinthios arguit de hoc præ- 1. Cor. 5
cipue, quod Chriſtus in eis diuidi uidebatur, dicente uno: Ego ſum Apollo: alio, ego Cephæ. Ita etiam, quia diſſimulabant inter ſe fornicatorem, qui tenebat nouercam ſuam.

Itẽ, quia apud infideles iudices 1. Cor. 6
de ſecularibus negotijs litigabant.

Reprehẽdit eoſdem circa Eucha- 1. Co. 11
riſtiæ ſumptionem.

Et de errore circa mortuorum resurrectionem cap. 5,

1 Cor. 11 Eosdem increpat de hoc præcipue, quod ille multa grauia a pseudo apostolis sustinebant, & ipsum non habebant in tanta reuerētia, ut debebant. Sustinetis, inquit, si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit &c.

2. Co. 12 Item, Ego debui ad uobis commendari, non enim minus feci ab his, qui sunt supra modū apostoli,

Gala. 3. Galatas acriter & feruenter arguit super hoc quod post acceptam ueritatem euangelij, uolebāt ad circuncisionem & legales obseruationes reuerti. O insensati, ait, Galatæ, Qui uos fascinauit? &c.

1 The. 3 Audierat Apostolus quosdam de Thessalonicensibus ambulare inquiete, non operantes, sed curiose agentes. Iccirco corripi tales mandauit.

De compassione habēda ad proximum. Cap. XLIIII.

AVdiens Abraham captum esse Loth nepotem suum, celeriter & uiriliter succurrit ei. Gen. 14

Ruben & Iudas resistebant cæteris fratribus uolētibus occidere Ioseph, quanuis non reduxerint eum ad patrem, tamen minus male actū est ei. Gen. 37.

Gedeon compatiens socijs fugatis, petiuit panes pro eis. Iudic. 8.

Licet filij Beniamin „filios Israel grauissime offendissent, propter illorum tamē excidium omnes eleuata uoce, ululatu magno fleuerunt. Iudi. 21

Lugebat Samuel Saul, licet sciret eum a deo proiectum. 1. Re. 15.

Compatiens Dauid lassis socijs, quia ad bellum ire non poterant, constituit, quod æqua pars esset descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas. 1. Re. 30.

Doluit Dauid de occisione Ab-
1. Re. 18. salon, licet ille multum offendisset
eum. Sed sciebat Dauid eum in ani
ma fuisse damnatum.

Helias benigne accepit uerbum
3. Re. 17. mulieris satis durum, & pro filio
eius mortuo dolori illius compa-
tiens efficaciter orauit.

Cum Iezabel occidisset prophe-
3. Re. 18 tas domini, Abdias abscondit cen-
tũ ex eis, & pauit eos dieb⁹ multis.

Pie cõpassus fuit Eliseus uiduæ
4. Re. 4. debitis obligatæ, & augmentauit
ei modicum olei, quod habebat.

Non solum pro præsentibus ma
4. Reg. 8 lis compatiẽdum est proximo, sed
etiam futuris. Vnde Eliseus uidens
Azahel, qui mala facturus erat fi-
lijs Israel, cœpit flere.

Cũ cœpissent filij Israel de uiris
Iuda ducenta milia mulierꝝ & pue
2. Par. 28 roꝝ, pepercerunt eis, & uestitos at
que refectos ad ꝓpria remiserunt.

Audiens Neemias miserabilem Neh. 1.2
statum ciuitatis Hierusalem, fleuit
diebus multis, & tādē cōsiliū adhi-
buit, & auxilium opportunum.

Cū regnaret Sēnacherib, et filios Tob. 1.2
Israel exosos haberet, Tobias per-
gebat quotidie p oēm cognitionē
suā & cōsolabat eos, esurientes ale-
bat, nudis uestimenta præbebat, &
mortuis occisis sepulturam soli-
citus exhibebat.

Magnam compassionem beatus Iob. 29.
Iob habebat ad proximos, qui dice
bat: Auris audiens beatificabit me.
Ego quod liberassem pauperē uo-
ciferantem, & pupillum cui non
erat adiutor, benedictio pupilli su-
per me ueniebat, cor uiduæ conso-
latus sum.

Nunciata est reginæ Esther sen- Esth. 7.
tentia crudeli contra populum suū
lata, non aliter sumpsit negotium,
quam si fuisset una de populo, licet

essetsecura de tali sententia tanquã sponsa regis dilecta.

Iob.2. Audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, uenerũt ut consolarentur eum. Sed cum nõ intelligerent causam suæ afflictionis, fuerunt ei postea onerosi.

Esa. 27. Non solum iustis in afflictione positis compatiendum est, sed etiã peccatoribus & iniustis Vnde dicebat Esaias: Propter destructionem Babylonis, repleti sunt lumbi mei dolore, Angustia possedit me, sicut angustia parturientis.

Esa. 22. Videns in spiritu idem calamitatem superuenturam populo suo, dicebat: Recedite amare flebo. Nolite incumbere, ut cõsolemini me super uastitate filiæ populi mei.

Hie. 38. Dolens Abdemelech Aethiops, quod Hieremias Propheta missus erat in lacum leonum, in quo non erat aqua sed lutum, ꝓcurauit apud

regẽm ut extraheret illum.

Cũ scripsisset Baruch uerba cõminationis ex ore Hieremię, dixit: Væ mihi misero, quoniam addidit dominus dolorem dolori meo. Et tamen diccebat populus, quod Baruch incitaret Hieremiam aduersus eos, ut traderentur in manus Chaldeorum. Hie. 43. 45.

Cum reuelasset dominus Ezechieli peccata, quæ populus Israel faciebat, & pœnas quas passurus erat, fuit amaricatus, tristis, & gemebundus. Eze. 3.5

Rex Darius sciens Danielem positum in lacum leonum, præ dolore dormiuit incœnatus, cibiq; non sunt illati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo. Dan. 4.

Magnum dolorẽ habuit Onias sacerdos quando uidit templũ per Heliodorum debere spoliari, & deposita uiduarũ & pupillorũ auferri. 2. Ma. 3.

2. Mac. 2 Antiochus rex nobilis, licet spe-
cialiter esset malus, tamen audiens
Oniam summũ sacerdotem inique
fuisse occisum, flexus ad misericor-
diam, lachymas fudit.

Accedentes discipuli ad domi-
Mat. 15. num, rogabant eum pro muliere
Chananæa dicentes: Dimitte eam
quia clamat post nos.

Contra nolentes compati proxi
Mat. 18. mo, & ex corde remittere, inducit
dñs parabolam de seruo nequam,
cui mille talenta fuerunt remissa,
& noluit dimittere conseruo suo
centum denarios.

Ad hoc quod nemo libenter cõ-
Mat. 25. patiatur proximo & misereatur ip
sius, multum facit, quod specialiter
fiet disputatio de operibus miseri-
cordiæ in iudicio.

Lucæ. 7. Cum uidisset dominus flentem
uiduam, cuius filius efferebatur de-
functus, misericordia motus super

eam, dixit: Noli flere; & mortuum illius filium suscitauit.

Misertus est dominus turbæ indigenti, quia pedestris secuta eum fuerat in deserto. Mat. 14. Mar. 8.

Samaritanus ille super sauciato misericordia motus, alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum, & curam illius egit, & pabulum fecit haberi. Luc. 10.

Videns dominus ciuitatem Hierusalem, & considerans mala, quæ futura erant post modum, & passura, fleuit super eam, dicẽs, Si cognouisses & tu &c. Luc. 19.

Vt uidit Iesus Mariam plorantem, & Iudæos qui uenerant cũ ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & lachrymatus est. Ioan. 11.

Etiam pendens saluator in cruce curam habuit matris, quã sciebat in anima crucifigi. Mulier, dixit, ecce filius tuus, ostenso Ioanne. Ioan. 9.

Actu. 9. Cum uenisset Petrus in Ioppen, ui
dit flentes uiduas pro morte Tabi
thæ, quæ faciebat eis tunicas & ue
stes, & ponens genua sua orauit: &
cum uocasset eam, sanctis & uidu-
is assignauit uiuam.

Act. 17. Paulus cum esset Athenis, incita
batur spiritus eius in eo quod ipse
uidebat idololatriȩ deditā ciuitatē.

Act. 23. 28. Barbari non modicam præsta-
bant humanitatem Paulo & socijs
eius. Accensa enim ei pyra reficie-
bant omnes propter imbrem, qui
imminebat & frigus: ipsi uero eius
uere indigebāt qui de naui confra-
cta euaserant tempore hyemali, &
quosdam oportuit natare, alij uero
super tabulas fuerunt asportati.

Rom. 9. Cum tanta spiritus anxietate cō
patiebatur Paulus fratribus, & co-
gnatis suis pereuntibus, quod ipse
dicebat, Tristitia est mihi magna,
& cōtinuus dolor cordi meo. Opta

bam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto, pro fratribus meis, qui ſunt cognati ſecundum carnem.

Et Galatis, Filioli mei, quos ite-rum parturio. Gala. 4.

De hoſpitalitate exhibenda.

Cap. XLV.

NOta de Abraham, quam celeriter quam lætanter angelos hoſpitio receperit, & ipſis ea, quæ uidebantur neceſſaria, peregrinus parari fecit. Gen. 18.

Item de Loth attende, quomodo angelos ſuos putabat eſſe homines tranſeuntes honorauit, obnixe rogauit, & eis neceſſaria benigne offerens, domum ſuam contra incurſantes defendit, ut potuit. Gen. 19

Prompta ad hoſpitalitatem uidebatur Rebecca, quæ dixit ſeruo Abrahæ, Palearum & fœni plurimũ eſt apud nos, & locus ſpacioſus ad manendum. Et paulopoſt dixit ei- Gen. 24.

dem Laban, Præparaui domum, & locum camelis.

Sine magna prece Iethro recepit
Exod. 2 peregrinũ Moyſen hoſpitio. Poſtmodum autem filia eius & nepotes ſui, fuerunt per illum magnifice honorati.

Teſtatur Moyſes dicens: Dominus deus noſter amat peregrinum,
Deu. 10 & dat ei uictum et ueſtitum, et uos quoq; amate perigrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ.

Exploratores, quos miſit Ioſue
Ioſue. 2. accepit hoſpitio Rachab meretrix liberaliter, & curata eſt fideliter.

In Gabaa Beniamin, non inuenit locum. Leuites, qui eum hoſpi-
Iud. 19. tio reciperet, niſi quendam ſenem de opere uenientem.

3. Re. 17. Helias ſuſcitauit filium mulieris, apud quam ſuſtentabatur.

1. Re. 4. Mulier Sunamitis Eliſeum tranſeuntem hoſpitio ſuſcepit, hinc ei

filium impetrauit, & eundem mortuum resuscitauit.

Bonus hospitalarius erat Iob, q dicebat, Foris nõ mãsit peregrinus ostium meum uiatori patuit. Iob. 31

Quãdo misit saluator discipulos ad prædicãdũ, in illis seipsum recipi asseruit & audiri, Qui uos recipit, me recipit, qui uos audit, me audit. Qui uos spernit, me spernit. Mat. 10 Luc. 10.

Ambulans per mundum dominus Iesus, non habebat ubi caput reclinaret. Martham uero specialiter hospitam legitur habuisse. Ibidem Ioan. 12

Gaudens accepit dominum Zachæus in domo sua, & dominus ipsum gaudentẽ effecit, quãdo dixit: Hodie salus huic domui facta est. Luc. 19.

Exemplo duorũ discipulorũ, qui dominum in specie peregrini coegerunt ad manendum, apparet, qđ peregrini non solum uocandi sunt ad hospitium, sed compellendi. Luc. 24.

Act. 10. Apostoli hospitabantur, ut plurimum in domibus artificum, & hominum mediocrium. Vnde legitur de Petro, Hic hospitabatur apud Simonem quendam coriarium cuius domus est iuxta mare.

Act. 18. Item de Paulo, manebat apud Aquilam & Priscillam quia erat eiusdem artis.

Act. 16. Obnixe & instanter deprecata est Lydia purpuraria Paulum & socios eius, ut manerent apud eam in domo sua, & coegit eos &c.

Act. 28. Cum euasissent Paulus & socij eius de cōfracta naui, Publius princeps insulæ illius ipsos suscipiens, triduo benigne exibuit. Paulus autem patrem ipsius febribus & dysenteria laborātem, oratione & manuum impositione sanauit.

Vrbana fiducia utebatur Paulus scribens Philemoni, cum dixit: Para mihi hospitium, nā spero p̱ ora-

tiones uestras donari me uobis. Heb. 13

Inter cætera, ad q̄ specialiter Paulus inducit Hebræos, est hospitalitas. Hospitalitatem nolite obliuisci per hanc enim quidam placuerunt angelis.

Commendat Caium beatus Ioannes in tertia sua epistola, dicens: Charissime, fideliter facias quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos. Gen. 29

De Amicitia. Cap. XLVI.

Vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, Laban fecit nuptias & dedit filiam suam Rachel nepoti suo Iacob.

Loquebat̄ dominus ad Moysen Exo. 33. facie ad faciem, sicut solet homo ad amicum suum.

Ruth adhæsit socrı suæ Noemi, Ruth. 1. & dixit ei: Quocunque perrexeris, pergam, & ubi morata fueris, & pariter morabor,

1.Re.18 Anima Ionathæ colligata est ani
mæ Dauid, & dilexit eũ Ionathas:
quasi animam suam. Nam expolia-
uit se Ionathas tunica, qua erat in-
dutus, & dedit eam Dauid.

1.Re.31 Signum fuit fidelis amicitiæ li-
cet indiscretæ, quod armiger Saul,
uidens dominum suum mortuum,
mortuus est cum eo.

2.Re.3. Misit Abner nuncios ad Dauid,
dices. Fac mecum amicitias, & erit
manus mea tecum, & reducam ad
te uniuersum israel.

2.Reg.8. Chusai Arachites amicus Da-
uid, uenit ad Absalon, & dissipauit
consilium Achitophel.

2.Par.19 Propheta Iehu dixit Iosaphat regi
Iuda, qui inierat fœdus, & uenerat
ad prelium cum Achab rege Israel,
Impio præbes auxilium, & his qui
oderunt dominum amicitia iunge
ris. Et idcirco iram domini mere-
baris.

Aman superbus conuocauit ad Esth.5.
se amicos, & exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum & filiorum turbam, & quãta cũ gloria super omnes principes rex eleuasset.

Audientes tres amici Iob omne Iob.26.
malum quod accidisset ei, uenerũt singuli de loco suo, ut uisitarent eũ & cõsolarentur. De his tamen dixit postea: Subuertere nitimini amicum uestrum.

Alchimus proditor & impius, 1.Ma.7.
concitauit regem Demetrium aduersus Iudam Machabæum, pro quo dixit ei. Perdidit Iudas fratres eius, amicos tuos.

Rex Alexander misit epistolam 1.Ma.10
Ionathæ, nunciauitq; ei, dicens: Audiuimus de te qd' sis uir potens uiribus, & aptus ut sis amicus noster.

Accepit Ionathas aurũ & argen 1.Ma.1.
tum, & alia xenia multa, & dedit Demetrio, & inuenit gratiã in cõ

ſpectu eius, & fecit eum principem amicorum.

Vidit Ionathas, quia tempus eũ iuuat, miſit uiros Romam ſtatuere & renouare cũ Romanis amicitiã.

2 Ma.10 Poſtquam Alexander percuſſit Demetrium, miſit ad Ptolomæum regem Aegypti legatos ut ſtatueret amicitiam ad inuicem, & daret ei filiam ſuam in uxorem.

2.Ma.6. Propter ueterem amicitiam quã habebant ad Elazarum, quidã aſtãtes attulerunt carnes, q̃bus uesci licite poterat, ut ſimularet ſe de ſacrificii carnibus mãducaſſe, & ſic euadere poſſet mortem.

Ma. 11 Lyſias intelligens inuictos Iudeos, dei omnipotentis auxilio, miſit ad eos, ꝓmiſitq; ſe regem compulſurum amicum fieri.

Luc.16. Laudauit dominus uillicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet, acquirendo amicos de bonis domini

concludens per hoc, quod facere debemus amicos, qui possint recipere nos, quando nos in morte deficere oportebit.

Ponit dominus exemplum de illo, q media nocte uadit ad amicũ, ut petat aliquid ab eo. Luc. 11.

In passione domini, Herodes & Pilatus facti sunt amici. Luc. 23.

Commota ciuitate Epheso & cõfusa, quidam de Asiæ principibus, qui erant amici Pauli, miserunt ad eũ rogantes, ne se daret in theatrũ. Act. 19.

De inimicitia & odio. Caput. XLVII.

Post peccatum primorum parẽtum, statim posuit deus inimicitias inter serpẽtem & mulierem, & inter utriusq; semen. Gen. 3.

Rixati sunt pastores de Gerare, aduersus pastores Isaac, pro puteo, quem foderunt Iccirco appellauit Isaac puteum inimicorum. Gen. 26.

Gen. 27. Oderat semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater, dixitque i corde suo: Veniet dies luctus patris mei, & occidam Iacob, fratrem meum.

Gen. 43. Dixitque Iacob Simeon & Leui, Turbastis me & odiosum fecistis Chananæis, & Pherezeis, habitatoribus terræ.

Gen. 37. Videntes fratres Ioseph, quod a patre plus cunctis amaretur, oderãt eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui.

Exod. 1. Oderant filios Israel Aegiptij, et affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem producebant uitam eorum.

Nũ. 25. Dixit dominus ad Moysen, Hostes uos sentiant Madianithæ, & percutite illos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra uos, & receperunt insidijs per idolum Phegor.

Iosu. 10. Adoni sedech rex Hierusalem, et

quatuor alij reges, obsederunt Gabaon, ut expugnaret eam. pro eo, quod transfugerant Gabaonitæ ad Iosue & ad filios Israel, & inierant fœdus cum eis.

Perrexerũt maiores natu de Gabaa ad Iephthe, dicentes: Esto princeps noster Quibus ille respondit, Nõne uos estis. qui odistis me? & de domo patris mei deiecistis me, & nũc uenitis ad me in necessitate? Iudi. 11.

Fundebat apud Sampson Dalida lachrymas & conquerebatur, dicens: Odisti me, & non diligis. Iccirco problema non uis indicare mihi. Iud. 14.

Videns de Dauid Saul, quod populus alte sentiebat, & quod in omnibus prudenter & strenue se habebat: factus est inimicus eius cũctis diebus. 2. Re. 18.

Duo latrones qui occiderãt Isboseth dixerunt ad Dauid, Ecce caput 2. Reg. 4

filij Saul inimici tui, sed male fuerunt stipendiati.

Thoi rex Hemath audiens, quod
2.Reg.8 Dauid expugnasset Adadezer hostem suum, misit ad eũ filium suũ, & gratias egit ei.

Postquam Amon filius Dauid
2.Re.13 oppresserat Thamar sororem Absalon, exosam eam habuit odio magno nimis, ita ut maius esset odiũ, quo oderat eam, amore, quo ante dilexerat.

3.Re.11 Tres aduersarios suscitauit dominus Salomon, postquam a deo per peccatum recessit (uidelicet) Ad Idumæum Rason filium Heliada, & Hieroboam seruum suum.

Heliam Prophetam persecuta est
3.Re.18 impia Iezabel uxor Achab, propter prophetas Baal, qđ fecerat occidi.

3.Re.21 Cum Helias argueret Achab, ꝑ iniqua morte Naboth, ait Achab ad Heliam, Vnde inuenisti me inimi

cum tibi? qui dixit, Inueni. Ibidem.

Dixit Achab ad Iosaphat regem Iuda, Remansit de prophetis domini Michæas filius Ierala, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum.

Audierunt hostes Iudæ et Beniamin, quia filij captiuitatis ædificauerunt templũ domino deo Israel, & noluerunt ædificare cum eis. 1. Esd. 3.

Raguel & Anna uxor eius benedixerunt dominum, quia fecerat cum eis misericordiam suam, & exclUserat ab eis inimicum persequẽtem eos. Tob. 8

Amputato capite Holofernis dixit Iudith, tacẽtibus uniuersis, Laudate dominum deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se, & interfecit in manu mea hostem populi sui, & proferens caput Holofernis ostendit eis. Iudit. 3.

Conquerentes de Aman super- Esth. 7.

bissimo, Esther dixit Assuero, Hostis & inimicus noster pessimus ē ille Aman.

De Iuda Machabæo dicitur, Re-
1.Ma.3. pulsi sunt inimici præ timore, & operarij iniquitatis cõturbati sunt, & directa est salus in manu eius.

1.Ma.11 Ptolomæus Rex Aegypti uoluit dolo obtinere regnũ Alexandri, & manifestę factæ sunt inimicitię ei⁹.

Cognouit Simeon, quod Try-
1.Ma.13 phon cum dolo loqueretur, petens duos filios Ionathæ, & centum talenta argenti, iussit tamen dare argentum & pueros, ne inimicitiam magnam sumeret ad populũ Israel. dicentem, Quia non misit argentũ, propterea perijt.

Herodes & Pilatus antea inimi-
Luc.13. ci, facti sunt amici in passione xp̄i.

De pace et cõcordia. C. XLVIII

Gene.1. ALia aïalia in principio fecit deus duplicia, scilicet masculũ et

fœmininã:Hoiem autem fecit unũ & ex illo sunt omnes et singuli pro creati,ut scilicet unitatem pacis & concordię cõmendaret in homine.

Diuitiæ copia & rerũ tẽporaliũ, sunt plerũq; materia & occasio iurgiorum,sicut apparet de pastorib' Abraham & Loth & de Isaac & pastoribus Gerare. Gen. 13.

Gratanter faciunt homines pacem, & ineunt fœdus cum parentibus & magnis hominibus. Hinc ẽ quod Abimelech uenit ad Isaac, quando uidit eum prosperari. Gen. 25.

Cedendum est interdum furori maiorum,sicut fecit Iacob,recedẽs a fratre Esau,donec requisceret furor eius. Gen. 28.

Audientes Gabaonitæ,quæ fecerat Iosue in Hiericho,& Hai,uenerunt ad eum,et serui ipsius beneplacitam pacem fecerunt. Iosue. 9.

Phinees & cæteri legati ad filios Iosu. 22.

Rubē missi, audiētes excusatione m eorum placati sunt, & uerba eorū libentissimi susceperunt.

Quanuis Absalon nimis nequi-
2.Re.18 ter contra patrem egisset, tamē Da uid magis uolebat pacē quam mortem, nam dixit, Estne pax puero Absalon?

Cum esset Dauid sanctus & placens deo noluit tamen dominus ut
3.Reg.3 ædificaret ei dominum, sed filius eius pacificus isto fuit priuilegio honoratus.

Multum laudādus est deus, quā
Eodem. do dat populo statum pacificum et quietum, sicut fuit tempore Salomonis dixit Salomon, Requiem dedit mihi dominus per circuitum, nō est Sathan, nec occursus malus. Sequitur, Benedictus dominus.

Boni homines habēt pacem ad
3.Re.1. inuicem, sed mali pugnant contra bonos, contraq; malos alios. Vn-

de inter Roboam & Hieroboam fuit bellum cunctis diebus.

Ostensum fuit Heliæ dominum non esse in grandi uento, nec in cōmotione, nec in igne, sed in sibilo auræ tenuis, hoc est, in pace. 3.Reg.1.

Benedixit populus omnibus uiris, qui se sponte obtulerant, ut habitarent in Hierusalem. Nee. 11.

Misit Ionathas legatos ad Bacchidem, componer̄ pacem cum eo, & tamē ipse Bacchides fuerat dux exercitus, in quo occubuit Iudas Machabæus frater Ionathæ. 2.Ma.5.

Rex Demetrius misit epistolam ad Ionathā, uerbis pacificis, ut magnificaret eum, dixit enim, Anticipemus pacem facere cum eo, priusquam fiat cum Alexandro aduersum nos. Recordabitur enim omnium malorum quę fecimus in eū. 2.Ma.10

Causa pacis, quæ fuit tempore Oniæ, pulchre describitur, uidelicet 2.Mac.2

idoneitas prælati prudentis & pij, & bonitas subditorum.

Postquã debellatus fuit Lysias
2Ma.11 a iuda Machabæo, libenter fecit pacem cum eo: intelligens enim inuictos esse Hebræos, dei omnipotentis auxilio nitentes, misit ad eos, promisitq; cõsentire omnibus, quæ iusta sunt, & regem compulsurũ amicum fieri.

Mat.18. Tantam pacem & concordiam uult dominus erga proximos nos habere, ut dixerit Petro, peccãti fratri non esse remittendum septies.

Luc.2. Pacem annũciauerunt angeli in natiuitate domini.

Item discipulos dominus pacẽ
Mat.70. inter se habere præcepit.

Pacẽ iussit per discipulos nũciari

Pacem eis reliquit, post resurre-
Luc.10. ctionem pacem obtulit.
Ioan.14

Qui desiderat seruare pacem, & quietem mentis, abstinere debet a
Luc.14.

discursibus, etiam interdum ualde licitis, & honestis cessare. Vnde Martha ut audiuit, quod Iesus uenit occurrit illi: Maria autem domi sedebat, nec inde se mouit, donec fuit uocata ab ipso domino per sororem: Licet fortassis nõ ignorauerit ipsa Maria aduentum domini Martha præsciuit. Ioan. 11.

Quantum sit pacis bonum, perpendi potest per discretum æstimatorem beatum Paulum, qui illud tam sollicite in omnibus epistolis suis, illis q̃bus scribebat, optabat, excepta illa ad Heb. in qua nec nomen suum ex certa causa, nec aliquam salutationem præmittit. Nota tamen quod dicturus Pax uobis, præponit gratiã dicens, Gratia uobis. Pax uobis. Per quod manifeste datˈ intelligi, quod sine gr̃a dei pax uera nunquã põt haberi. Vnde Esa. 49. Non est pax impijs, dicit dñs.

De unitate & communi con sensu. Cap. XLIX.

EX uno homine deus humanũ genus instituit ad commẽdandum hominibus quam ei grata sit etiã unitas in pluribus. Vnde Augustinus lib. 12. De ciuitate dei ait, Factus est unus, sed nõ relictus est solus. Nihil enim est quia hoc genus tam discordiosum uitio, tam sociale, naturale, neque cõmodius contra uitium discordiæ uel cauendum cum nondum existeret, uel sanandum cum extitisset, natura loqueretur humana, quam recordationem illius parentis, quem propterea deus creare uoluit unum de quo multitudo ꝓpagaretur, ut hac admonitione etiam in multis concors unitas seruaretur.

Aug. li. 12. de ciuitat. dei cap. 22.

Populus filiorum Israel in deserto multum fuit unanimis & uoluntarius ad recipiẽdam legem; etiam

Exo. 19.

auditis a Moyse uerbis legis, respõ
dit cunctus populus una uoce, Om
nia uerba domini quæ loquutus ẽ,
faciemus.

Ad faciendum opus tabernacu- Exo. 35.
li domini & sacras ministrorũ ue-
stes, obtulit omnis multitudo filio
rum Israel omnia necessaria, mente
promptissima atq; deuota.

Congregati sunt pariter omnes Iudi. 20.
filij Israel, quasi uir unus, uidelicet,
ad uindicandum flagitium in Ga-
baa Beniamin erga uxorem leuitæ
commissum.

Inuasit timor domini populum 1. Re. 11.
& egressi sunt, quasi uir unus ad suc
currendum fratribus suis in Iabes
Galaad obsessis.

Venerunt uniuersæ tribus Israel 2. Reg. 5
ad Dauid in Ebrõ, & unxerunt eũ
in regem super illos.

Cõuenit ad regem Salomonem 1. Reg. 8
uniuersus Israel, & tunc fuerunt ar

ca & uasa sanctuarij delata in tem-
plum, & ipsum solēniter dedicatū.
Cōgregatus est omnis populus,
1. Esd. 2. quasi uir unus in Hierusalē, ad reæ-
dificandum templum quod fuerat
a rege Babylonis destructum.
Congregatus est omnis popul⁹,
Nehe. 8. quasi uir unus ad plateam, & dixe-
runt Esdræ, ut offerret librum legis
domini.
Iud. 7. Cum exposuisset Achior uniuer
sa, quæ dixerat Holoferni, omnis
populus communi lamētatione &
fletu unanimes preces suas domi-
no effuderunt.
Post mortem Iudæ congregati
1. Ma⁹ 9. sunt omnes amici eius, & dixerunt
Ionathæ fratri eius. Ex quo frater
tuus defunctus est, &c. Nunc itaqꝫ
eligimus pro eo esse nobis princi-
pem & ducem ad bellandum bel-
lum nostrum.
1. Ma. 13 Auditis sermonibus Simonis,

accensus est spiritus populi simul, et uoce magna dixerunt, Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathę.

Post ascẽsionem domini omnes discipuli erant perseuerantes in oratione cũ mulieribus & Maria matre Iesu, & sic inuenit eos spiritus sanctus. Act. 3. 2

Oẽs qui credebant pariter, erant recepto spiritu sancto, & habebant omnia communia, unanimiter perdurantes in templo, & frangentes circa domos panes. Eodem.

Cum audissent discipuli de sanatione claudi, & responsione Petri et Ioannis ad magistratus plebis, unanimiter leuauerunt uocem & dixerunt, Domine qui fecisti cœlum et terram, da seruis tuis. &c. Actu. 4.

Punitis ad uocem Petri terribiliter Anania & uxore eius Saphira, factus est timor magnus in uniuersa terra, & erant oẽs unanimiter in Actu. 5.

porticu Salomonis.

Multitudinis credentiũ erat cor
Actu.4. unum, & anima una, nec quicquã
eorum quæ possidebat aliquid suũ
esse dicebat: sed erant illis omnia
communia.

De discordra, lite, uel rixa.
Caput. L.

Primam discordiam inter homi
Gen.34. nes mouit inuidia, inter Cain
& Abel, Quoniam opera Cain ma
ligna erant fratris autem iusta.

Substantia Abrahã & Loth erat
Gen.13 multa, & nequibant habitare com-
muniter, unde & facta est rixa inter
pastores gregũ Abraham & Loth.

Quia quinque reges Sodomorum
Gen.13. seruierãt duodecim annis Chodor
laomot regi Elamitarum, & deci-
motertio recesserant ab eo: ideo fa-
ctum est bellum illud de quatuor
regibus aduersus quinque, in quo
fuit Loth captus sed per Abraham
liberatus.

liberatus.

Viri ciuitatis Sodomæ uallaue- Gen. 19
runt domum in qua erant duo an-
geli, in humana ſpecie hoſpitati, &
uolebant illos cognoſcere, uimque
faciebāt uehementiſſime, eo quod
Loth fideliter hoſpites defendebat.

Factum eſt iurgium paſtorum Gen. 26
Gerare, aduerſus paſtores Iſaac, ꝓ
pter poſſeſſionem ouium & armen
torum & familiæ plurimæ.

Oderat ſemper Eſau Iacob ꝓ be- Eodem.
nedictione qua benedixerat ei pa-
ter, dixitque in corde ſuo, Venient
dies luctus patris mei & occidam
Iacob fratrem meum.

Fugiens Iacob cum iurgio, dixit Gen. 31.
ad Laban, Quam ob culpam meã
ſic exarſiſti in me? & ſcrutatus es
omnem ſupellectilem meam?

Occaſione Dinæ filię Iacob quã Gen. 34.
Sichē filius Emor rapuit, & oppreſ
ſit, facta eſt diſcordia magna inter

filios Iacob, & habitatores terræ illius.

Moyses quadam die uidit duos
Exod. 2. Hebræos rixantes, dixitq; ei qui faciebat iniuriam. Quare percutis ꝓximum tuum?

Cũ exissent filij israel de terra Ae
Exo. 17 gypti, & transissent mare rubrum, Amelech uenit & pugnauit contra eos in Raphidum.

Multoties iurgati sunt filij israel
Exod. 16 contra Moysen in deserto. Primo pro defectu potus: postea habito uno cibo, desiderauerunt alium. Ex tædiati enim manna, petierunt carnes. Item ad aquas contradictionis conuenerunt aduersus Moysen &
Nũ. 21. Aarõ filij israel, ubi iurgati sunt cõ
& 24. tra dominum & Moysen.

Inter Abimilech filium Gedeo-
Iudic. 6. nis, & uiros Sichem, qui male fecerant eum principem, fuit magna discordia suscitata: ita, quod illi cœpe

runt eum deteſtari & rebellare ei, & ipſe eos expugnauit.

Orta eſt ſeditio inter uiros E- phraim et Iephte, eo quod Iephthe, uadens ad pugnam contra filios Ammon, illos uocare noluit, ut di- cebant. Iudi. 12.

Pro uxore Leuitæ in Gabaa Be- niamin & inter tribus iſrael, tã ue- hemens diſcordia & prælium fuit, ita quod illi de tribu Beniamin, ex ceptis, quingẽtis uiris penitus ſunt deleti. Iudi. 20

Occiſo a Dauid Philiſtęo, iratus eſt Saul contra Dauid eo quod cõ muniter laudabatur. Nõ rectis ocu lis ergo Saul aſpiciebat dauid a die illa, & deinceps. Nec aliquis ex tũc potuit mollire cor Saul, quin perſe queretur eum. 1. Re. 18.

Facta eſt longa concertatio in- ter domũ Saul & domũ Dauid: ſed Dauid ſemp̃ proficiebat, et domus 2. Re. 3.

Saul continue decrescebat.

Nimis inhonesta facta est discor
2.Re.18 dia inter Absalō ambiētem regnū,
& Dauid patrem suum. Deniq; Ab
salon qui eam mouit, suspensus est.

Rege Dauid redeunte in Hierusa
2.Re.19 lem, uiri Israel turbati fuerunt, eo
quod uiri Iuda ipsum reduxerant,
alijs non uocatis.

Duæ mulieres meretrices litiga
3.Reg.3 bant coram rege Salomone, occa-
sione unius infantis, quem utraque
uolebat habere.

Mortuo Salomone, petijt popu-
3.Re.12. lus, ut a Roboam filio eius mitius
tractaretur. Quo durius responden
te, recesserunt decem tribus ab eo,
& fecerunt Hieroboam regem si-
bi, ex quo multa bella fuerūt inter
reges Israel et Iuda.

Facta est contentio inter discipu
Luc.22. los, quis eorum uideretur esse ma-
ior; sed domino nō placuisse talem

contentionem, patet per ea quæ sequuntur.

Litigabant Iudæi ad inuicem dicentes, Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducādū? Ioan. 6.

Murmur multus erat de domino Iesu inter turbam. Quidā enim dicebant, Nō est sed seducit turbas. Sequitur, Facta est dissensio &c. Ioan. 7.

Baptizato Cornelio cum omni domo sua, audierunt apostoli et fratres, qui erant ex Iudæa, quoniam gentes recepissent uerbum dei. Cū ascendisset autem Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersus illū, qui erant ex circūcisione fratres dicentes, Quare introijsti ad uiros? Actu. 11

Paulo & Bernaba in ciuitate Iconio prædicantibus, & multa miracula facientibus, diuisa est multitudo ciuitatis. Quidam erant cum Iudæis, & quidam erant cum apostolis. Act. 14. Act. 13.

Actu. 15 Quidam descendentes de Iudæa docebant fratres, Quia nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis salui fieri. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt ut consulerentur apostoli qui erant Hierosolymis sup hac quæstione.

Eodem. Occasione Iohannis Marci, quē Paulus uolebat recipere ad ministerium Euangelij, facta est dissensio inter Paulum & Barnabam, ita ut discederent ab inuicem. Attamē totum peruenit ad porfectū Euāgelij.

Act. 19. Prædicante Paulo Ephesi, etiam multa miracula faciente, facta ē turbatio non minima de uia domini. Demetrius enim quidam argentarius faciens ædes Dianæ argenteas præstabat artificibus non modicū quæstum, & cætera. Impleta est tota ciuitas confusione.

Act. 21. Quidam Iudæi uidentes Paulū

in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt manus, clamantes, uiri Israelitæ, adiuuate. Cõmota est ciuitas tota, et facta est cõcursio populi.

Cũ exclamasset Paulus ĩ cõcilio, filius uiri frẽs ego Pharisæus sum, Pharisæorum, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor: facta ẽ dissensio inter Pharisæos & Saducæos, & soluta est multitudo. Act. 23.

De zelo bono contra peccatores. Ca. LI.

SAeuiebãt filij Iacob ob stuprũ Dynæ sororis per Sichem oppressæ. Geo. 34.

Audiens Moyses uoces cantantium, & uidens uitulum & choros, iratus est ualde, & proijciens tabulas, confregit eas. Et nota quam grauiter puniuit populum pro quo tam fideliter & instanter orauerat ante deum. Exo. 32.

Num.35 Multum placuit deo zelus Phinees Eleazari, quando perfodit uirum cum muliere Madianitæ: licet essent magni & nobiles.

Iosu. 7. Præcepit Iosue Acham lapidari, & totam eius suppellectilem comburi, quia tulerat de anathemate Hiricho

Iosu. 22 Cũ audissent filij Israel, filios Ruben & Gad ædificasse sibi altare, conuenerunt omnes contra eos, & dimicare uoluerunt.

Iudi. 19 &. 20. Congregati sunt oẽs filij Israel, quasi uir unus, ad uindicãdum grauissimum scelus, quod commiserãt uiri de Gabaa Beniamin pro uxore leuitę.

3. Re. 18. Confidenter arguit Helias errantem populum, & sacerdotes Baal fecit occidi.

3. Re. 19 Reprehẽsus ẽ Achab, eo quod Benadab regẽ Syrię, uirum morte dignũ, indiscrete uiuũ misit abire.

Quãuis rex Israel Iehu speciali- 4.Re.10
ter fuit malus, tamen multum com
mendatur, eo quod semen domus
Achab deleuit, & prophetas Baal
occidit, et ędẽ ipsius Baal destruxit

Spiritus domini induit Zacha-
riam filium Ioadæ, & stetit in con 2.Pa. 24
spectu populi sculptilibus seruien-
tis, & dixit, Quare transgredimini
præceptum domini? quod uobis
non proderit: et dereliquistis dñm,
ut derelinqueret uos?

Audiẽs Esdras sacerdos Iudæos Esd. 9.
cum gentilibus matrimonia copu
lasse, miro modo doluit, & gemẽs
ac eiulans, signa doloris ostendit.

Vidẽs Neemias Iudæos ducẽtes Nee. 13.
uxores alienigenas, obiurgauit eos
& maledixit, & uerberauit aliquos
& decaluauit.

Surrexit Matathias & dixit, Ve 1.Ma. 2.
mihi ut quid natus sum uidere con
tritionem populi mei; Sequitur po

ſteade illius zelo feruentiſſimo, & mirabili probitate, quando trucidauit hominẽ ſuper arã idolis immolantem.

Onias ſummus pontifex reſtitit
2.Ma.3. uiriliter Simoni, qui uolebat iniquum quid in ciuitate moliri.

Miro feruebat zelo Ioannes Ba-
Mat.3. ptiſta, quando dicebat, Progenies
&.14. uiperarum, quis demoſtrauit uobis fugere uenturam iram? Simul & quando Herodem increpabat.

Dure increpabat dominus Scribas & Phariſæos, hypocritas, & ſpecialiter in Mat.23. Vbi dixit eis ſepties, Væ uobis &c.

Sciẽs dominus Ieſus Phariſæos
Ioh.8. ipſum nequiter obſeruare, circũſpi
Mat.3. ciens eos cum ira contriſtatus eſt ſuper cæcitate cordis ipſorum, dixitq́ꝫ, Vos ex patre diabolo eſtis.

Ioh.2. Plures eiecit dominus uendẽtes
Luc.19. & mentes de templo, quandoq́ꝫ cũ

duro uerbo, Domus mea, domus orationis est: uos autem fecistis illam speluncam latronum.

Grandi zelo succẽsus est Petrus in Ananiam & Saphiram, quando uidit quod fraudauerant aliquid de pretio agri. Actu. 5.

Ex ardẽti zelo ꝓueniebat sermo, Quẽ dixit Stephanus Iudæis, Dura ceruice, et incircũcisi corde et auribus, sẽp restitistis spiritui sctõ. Actu. 7.

Resistente Paulo & barnaba, Bariesu pseudopropheta dixit Paulus, O plene omni dolo, & omni fallacia, filij diaboli, & inimice omnis iustitiæ, nõ desinis subuertere uias domini rectas. Actu. 13

Cum Paulus prædicaret Athenis, incitabatur spiritus eius, uidẽs idolatris deditam ciuitatem. Act. 17.

Specialiter apparet furens zelus Pauli in ep'la ad Galatas. 5. ubi arguebat, ĩcrepabat, obsecrabat. Simi

liter ad Romanos .9. Secunda Corinth. undecimo, & ad Hebræos primo &c.

De zelo indiſcreto. C. LII.

Num.11 VIdens Ioſue famulus Moyſi, duos homines in caſtris ꝓphetantes, dixit, Domine mi Moyſes, prohibe illos: at ille, Quid (inquit) æmularis pro me?

2.Re.16. Abiſai Saruiæ uoluit amputare caput maledicentis ſerui Dauid, ꝑſecutionem Abſalō patiēti. Sed nō permiſit Dauid ut aliquid mali inferetur illi.

2.Re.4. Filij prophetarum coegerūt Eliſeum ut mitteret uiros ad quærendum dominum ſuum ne forte ſpiritus domini proieciſſet eum in unū montium, aut in unam uallium.

Ioan.14 Ionas fugere uoluit a facie domini, quando præcepit ei prædicare Niniuitis. Et poſtmodnm doluit, quando uidit quod ciuitas iuxta in

teritũ, quẽ prædixerat nõ ruebat.

Cum oſtẽdiſſet dominus diſci- Matt. 6.
pulis oportere eum multa pati a &. 16.
principibus Iudæorum, & occidi,
Petrus cœpit increpare illum dicẽs
Abſit a te domine, nõ erit tibi hoc.

Multum zelabant Phariſæi pro Lu. 6. 13
obſeruatione ſabbati, quando uide
bant dñm die illo curãtẽ infirmos. Mat. 12

Item quando uidebant diſcipu- Mar. 2.
los ſpicas uellentes, & manibus cõ Mat. 13
fricantes. Luc. 6.

Scribæ & Phariſæi amplius ze- Mar. 7.
labant pro traditionibus ſuis, q̃ pro
diuinis mandatis.

Item pro auro templi populus
plus zelabat quam pro ipſo tẽplo:
& pro donis altaris, plus quam ꝓ
ipſo altari.

Oblati ſunt domino paruuli, ut Mat. 19.
manus eis imponeret & oraret. Di- Ma. 10.
ſcipuli autem increpabãt eos. Ieſus
autem ait, Sinite paruulos uenire

ad me.

Quum effudiſſet Maria precio-
Mar. 14 ſum unguentum ſuper caput domi
ni, quidam diſcipuli indigne fere-
bant, & fremebant in eam, de perdi
tione unguenti.

Iohannes apoſtolus prohibuit
Luc. 9. quendam ejcientem dæmonia in
nomine domini Ieſu, eo quod non
ſequebatur eos, cũ alijs diſcipulis,
& ait ad illum Ieſus, Noli prohibe
re, qui enim non eſt aduerſum nos,
pro nobis eſt.

Audientes Iacobus & Iohannes
Ibidem. quod Samaritani non reciperent
nuncios domini, aiunt, Domine,
uis dicamus, ut ignis de cœlo deſcẽ
dat, & conſumet illos. Et cõuerſus
dominus increpauit illos, & dixit,
Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.

Arguit dominus Petrum, q̃ am-
Mat. 26. putauerat aurem ſeruo principis ſa
Luc. 22. cerdotum, eo quod tũc xp̃i nõ erat

tempus potentiæ ostẽdẽdæ, sed pa-
tiẽtiæ exhibendæ.

Apparet discipulos Ioannis Ba- Ioh. 3.
ptistæ, & zelasse contra dñm ꝓ ma
gistro, quãdo dixerunt ei, Rabi, qui
tecũ erat trans Iordanẽ, hic bapti-
zat, & omnes ueniunt ad eũ, Iohã
nes autem optime respondit eis.

Quum auferrentur de ciuitate Actu. 5.
diuersi, & a Petro curarentur, exur
gens princeps sacerdotum, & om-
nes qui cum illo erant, repleti sunt
zelo.

Aemulator erat paternarum tra Act. 8. 9.
ditionum Paulus, contra multos
coætaneos suos, quando deuasta-
bat ecclesiam per domos intrãs &
trahens uiros ac mulieres, & trade
bat in custodiam. Vnde accepit li-
teras a principe sacerdotum ad sy-
nagogam, quæ erat Damasci, ut si
quos inueniret ibi, qui inuocarent
nomen Christi, uinctos perduceret
in Hierusalem.

Videntes Iudæi, quod pene uni
Actu. 13 uersa ciuitas conuenerat audire uer
bũ dei, quod Paulus & Barnabas
prædicabant: repleti sunt zelo, &
contradicebant ijs, quæ a Paulo di-
cebantur blasphemantes.

Venienti Hierosolimam Paulo,
Act. 21. dixerunt ei fratres, Quot milia sunt
in Iudæis qui crediderunt? & om-
nes æmulatores legis sunt. Et de ta
Rom. 10 libus dicit Paulus, Testimonium
quidem perhibeo illis, quod æmu-
lationem quidem dei habẽt, sed nõ
secundum scientiam.

De prudentia & discretione. Caput. LIII.

Gen. 12 ABraham ueniens in Aegyptũ,
de uxore sua prudenter & cau-
te zelauit ueritatem, nec tamẽ asse-
ruit falsitatem dicẽs, Soror mea ẽ.

Simile egit quando uenit ad A-
Gen. 20 bimelech.

Gen. 13 Prudenter separauit se Abraham

a Loth

a Loth ne pastores adinuicem liti-
garent.

Discrete diuisit Abraham filijs suis, dũ uiueret, portiones, ne post mortem suam adinuicem concertarent. Gen. 25

Rebecca sagaciter instruxit filiũ suum Iacob, ut benedictionem patris sui consequeretur, & eum fecit recedere a partibus illis, donec requiesceret furor fratris. Gen. 27

Artẽ arte delusit Iacob pulchre, quando nolebat ei dare Laban mercedem, pro seruitio competentem. Gen. 30

Sagaciter egit Iacob, quando debuit obuiare irato fratri, quoniam munera ei misit, res suas diuisit, ne uno furoris impetu totũ perderet, & res nimis dilectas maiori periculo exponeret. Gen. 32.

Prudenter locutus est Ioseph coram Pharaone, ei exponendo somnium, & contra futuram famem Gen. 41

dando consilium.

Ioseph fratres suos caute depre-
Gen.44. hendit, & eis timorem incussit.

Bonum consilium dedit Iethro
Exo.18. Moysi, dicens Prouide tibi uiros potentes, & timentes deum, in quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiam &c.

Antequã Moyses inuaderet ter-
Nũ.13. tam promissionis, misit exploratores illuc, ad considerandum conditiones eius.

Exploratores, quos misit Iosue,
Iosue.2. prudenter latuerunt, donec illi, qui q̃rebant eos, ad propria redirent.

Magna sagacitate usus est Iosue,
Iosue.8. insidias ponendo, iuxta ciuitatem Hai, & fugam postea simulando.

Callide cogitantes Gabaonitæ,
Iosue.9. uoluerunt decipere Iosue, sed ille eos discrete in seruitutem redegit.

Filij Israel, Phinees, et alij nuncij
Iosu.22. ad filios Rubẽ missi, discrete loquu

ti fuerunt, & illi eos uerbis pruden tissimis placauerunt.

Adhuc portans munera, Eglon Iud. 3. ipsum astute decepit.

Gedeon percussit castra hostiũ, Iudic. 8. qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur.

Iephthe per nuncios prudenter Iudi. 11. significauit regi filiorum Ammon, quod indicebat ei bella non iusta, sed postea indiscretũ fecit uotum.

Caute deprehendit Iephthe, qui Iudi. 12. essent Ephratæi, & qui Galaaditæ, dicendo, Sebboleth, dum illi responderent Ceboleth &c.

Filij Israel pugnantes cõtra illos Iudi. 20 de Beniamin, fugam arte simulauerunt, et sic eos a ciuitate extraxerũt, & penitus debellauerunt.

Dicentibus quibusdam de Saule, 1. Re. 10. Vnde saluare uos poterit iste? & despicientibus eum, ille dissimulabat se audire.

Magnæ prudentiæ fuit, quando
Dauid armatus armis Saulis cœ-
1,Re,17 pit tentare, si sic posset incedere cõ
tra Goliad &c.

Egrediebatur Dauid ad omnia
1,Re,18 quæcunq; misisset eum Saul, et pru
denter se agebat.

Dauid coram Achis simulauit
1,Re,21 se esse fatuum & quasi furentem, ut
possit fugere ab eo.

Abigail prudenter placauit Da-
uid, iratum contra Nabal uirũ suũ.

Arguere uolens Nathan prophe
2,Re,13 tam Dauid, de ecceſſu commiſſo in
Vriam & uxorem, apertam para-
bolã de diuite, qui ab ſtulit ouem
pauperi, prudenter assumpsit.

Prudenti cautela usus est Ioab,
2,Re,17 ad hoc quod per mulierem sapien-
tem faceret Absalõ reuocari.

Sapiens mulier de Abela fecit re
2,Re,20 cedere Ioab ab obsidione ciuitatis.
3,Re,21 Audiens Batsaba, quod Abdo-

nias uolebat regnare pro patre, sa-
pienter loquuta est ad Dauid, pro
se, & filio suo Salomone.

Discretionem & sapientã postu- 3. Reg. 3
lauit Salomon, quod multum pla-
cuit deo, & cum sapientia alia mul
ta ei concessit.

Salomon prudenter iudicauit in Eodem.
ter duas mulieres, de unico filio cõ
tendentes.

Rex Roboam respondit populo 3. Re. 12
dure, bono & discreto seniorum cõ
silio derelicto, quod ei dederant. Et
loquutus est eis secundum consiliũ
iuuenum, & imprudenter egit.

Reprehẽsurus Achab regẽ Israel 3. Re. 20
quidam de filijs prophetarum, para
bolam de uiro commendato, et ma
le custodito, discrete proposuit, per
quam rex ille peccatum suum ma-
nifeste cognosceret.

Studiose fecit Iehu ꝓphetas Baal 4. Re. 10
honorare uelle se fingens, & postea

illos occidit, & altare Baal destruxit.

4.Re.81 Studiose et discrete Ezechias rex
4.Re.18 Iuda prohibuit. Ne populus nūcijs
Esd.63. regis Assyriorum dicentibus blasphemias responderet. Nō enim expedit populum fidelē contra litigātes, infideles disputationes habere.

Ioiada pontifex uolens cōstituere regem in Hierusalem, Ioias filiū
1.Pa.36. Ioram, ualde caute se habuit et prudenter.

Ezechias intelligēs regem Assyriorum contra Hierusalem aduētu
1.Pa.32 rum, obturauit capita fontium extra urbem, reparauit muros ciuitatis, bellatores suos optimis sermonibus confortauit, & deinde ad prędicandum dominum se conuertit.

Cum magna discretione, diligētia, & solicitudine, Neemias ædifi
Ne.2.3.4 cauit murum in circuitu Hierusalem.

Magnæ sapientiæ uerbum et me rito approbatũ fuit illud, quod dixit Zorobabel, Fortiores sunt mulieres, super omnia autẽ uincit ueritas. 2, Esd. 9.

Tobias credẽs se cito moriturũ, dedit filio suo magnæ prudẽtiæ documenta, & inter alia dixit, Consili um semper a sapiente perquirere. Tob. 4.

Sapientiam magnam se habere ostẽdit Iudith in uerbis quæ dixit cap. 8. Et postea dicitur, quod serui Holofernis mirabantur ad sapientiam eius, et dicebat, alter ad alterũ, Non est talis mulier super terrã in aspectu, & pulchritudine, & in sensu uerborum. Iudi. 11.

Cum magna prudentia requisiuit Mardochæus Esther, ut succurreret pplo Iudæo℞, dicẽs, Si nũc silueris, p aliã uiã liberabunt Iudæi, et tu, et dom⁹ pris tui peribitis. Quis Esth. 4.

nouit utrum icirco ad regnum ue
neris, ut in hoc tempore parareris?

Danieli & socijs eius dedit do-
Dan. 1. minus scientiam & disciplinam,
in omni libro & sapientia, Danieli
autem specialiter intelligentiam ui
sionum & somniorum.

Visiones Nabuchodonosor re-
Dan. 2 gis Babylonis Daniel exposuit sa-
4. & 13. pienter. Et postmodum legitur (li-
cet prius acciderit) de duobus se-
nibus presbyteris, quos mira pru-
dentia contra innocentem Susannã
falsum dixisse testimonium depre-
hendit.

Innotuit Iudę Machabæo, quod
Nicanor uenerat cũ dolo, & quod
1. Ma. 7. uolebat eum capere: caute subtraxit
se Iudas, & noluit eum amplius ui
dere.

Cognouit Simõ, quod Tryphõ
cum dolo loqueretur, petens duos
1. Ma. 13 filios Ionathæ & centum talenta ar

gēti iussit dari, ne inimicitiam magnam sumeret ad populum dicentem, Quia uon misit argentum & pueros, propterea periјt.

Septem illi fratres, cum pia matre sua in uerbis, quæ sibi inuicem & tyranno dicebant, miram sapientiam se habuisse demonstrauerunt. 1.Ma.7.

Constituta fuit dies, in qua Iudas secreto cum Nicanore loqueretur. Præcepit autem Iudas armatos esse in locis oportunis, ne forte in hostibus repente aliquid mali oriretur. 2.Ma.4.

Miræ discretionis & prudentiæ beatam uirginem fuisse, apparet in colloquio quod habuit cum angelo. Cogitabat qualis esset ista salutatio & ait, Quomodo fiet istud? Lucæ.1.

Cum remansisset in Hierusalem in annis duodenis puer Iesus in medio doctorum audiens & interrogans illos, Sequitur, Quod stupe- Lucæ.2.

bant omnes, qui eum audiebant, su
per prudentia & responsis eius.
Laudauit dominus uillicum ini
Luc. 16. quitatis, quia prudenter fecisset.
Pulchre delusit Dominus curio
Mat. 21. sam interrogationem Sacerdotum
Luc. 10. & seniorū populi Iudæorum quæ
rentium, in qua potestate ille mira
cula faceret, ait enim: interrogabo
& ego uos, Baptismus Ioannis un
de est?
Cū Paulus apostolus fuisset cū
Act. 16. socio eius Sila, in carcerē positus: in
crastino miserunt magistratus præ
cipientes ut dimitterentur. Paulus
prudenter dixit, Cęsos nos puplice
indicta causa, cum simus Romani,
coniecerunt in carcerem, & nunc
occulte nos eijciunt?
Cōmota & cōfusa ciuitate Ephe
Act. 19. sina Paulus prudenter & humiliter
acquieuit consilio amicorum. Qui
rogauerunt eum, ne se daret in thea

trum. Vbi etiam apparuit prudentia illius Scribæ, qui pulchre sedauit populum sic commotum, & remisit ad domum.

Cum tribunus iussisset Paulum cædi et flagellis torqueri, dixit Paulus astanti sibi centurioni, si hominem Romanum licet indamnatũ uobis flagellare? & discesserunt ab eo qui eum torturi erant. Actu. 22

Cum uellet Paulus de Gręcia nauigare in Syriam. & intelligeret sibi a Iudęis esse paratas insidias, caute declinauit. Et reuersus est p Macedoniam, nec recusauit comitatũ, quem fecerant ei fratres diuersarũ ciuitatum. Act. 20.

Sciẽs Paulus quod una pars esset Pherisæorum, exclamauit, Viri fratres, Pharisæus sum & cætera. Et surgẽtes quidam Pharisæorum pugnabant pro eo. Act. 23.

Postea cum audisset, quod qdam Eodem.

Iudæi uouerãt, se nihil gustaturos, donec occiderẽt Paulum, fecit hoc nunciari Tribuno, qui misit eum cum multis armatis ad felicem Syriæ Præsidem.

Cum fesius præses uellet eum in Hierusalem reducer̃ ad instantiam Iudæorum, Paulus prudẽter aduertens eorum malitiam, Cæsarem appellauit. Act. 29.

De astutia & calliditate mala. Cap. LIIII.

Gen. 3. PRimum magistrum calliditatis & mendacij, seu astutiæ, patet fuisse diabolum in serpente. Qui cũ callidior esset cunctis animãtibus, primam mulierẽ seduxit. Nõ enim uoluit uirũ aggredi primum, quẽ sciebat maiori discretione dodatũ.

Multoties uoluit seducer̃ Iacob nepotem suum, modo in uxore, modo in mercede, Laban scilicet socer eius. Sed dominus in fraude circũ Gen. 30

uenientium illi affuit.
Cum Laban ſcrutaretur ſuppel- Gen. 31
lectilem Iacob & ueniret ad tento-
rium Rachel, illam ſollicitudinem
quærentis aſtute deluſit.
Sæuientes ob ſtuprũ ſororis ſuæ Gen. 34
Dynæ filĳ Iacob, callide ſuaſerunt,
Sichẽ & ciuitatis populum circun-
cidi. Quo facto, irruerunt eos, & fa
ciliter occiderunt.
Filĳ Iacob uoluerũt decipere pa Gen. 37
trem, quando tunicam Ioſeph tin-
xerunt in ſanguine hœdi, mittentes
qui dicerent ei, Hanc inuenimus, ui
de utrum tunica filĳ tui ſit, an non.
Diuerſas excogitauit aſtutias Exo. 1. 3
Pharao Rex Aegypti ad hoc, ut fi-
lios Iſrael totaliter extirparet. Ad
hoc etiam, ut eos in Aegypto inte-
rimeret, & nullatenus recedere pa-
tẽretur.
Malefici Pharonis quantum ad Exod. 6.
duo ſigna, prima fecerunt per incã

tationes, sicut fecerat Moyses.
Malitiose locuti sunt Chore, & complices eius, quãdo steterunt cõ
Num.16 tra Moysen & Aaron, dicentes, Sufficiat uobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus. Quid eleuamini super populũ domini?

Videns Balaach rex Moabitarũ, quod fortitudine filios Israel uince
Num.20 re non poterat, uoluit eos maledictione Balaã superare.

Gaba onitæ audientes, quæ fece
Iosu. 9. rat Iosue Hiericho et Hai, callide cogitauerunt, quo modo possit ita facere, quod non totaliter delerentur.

Cauerant Philistini, ne faber fer
1.Re.13 rarius inueniretur in omni terra Israel, ne forte Hæbrei facerent gladium, aut lanceam.

Saul inuidẽs prosperitati Dauid,
1.Re. 18 dixit de filia sua Michol, quam Da

uid habere uolebat, Dabo eam illi, ut fiat ei in ſcandalum, & ſit ſuper eum manus Philiſtinorum. Dixit ergo Saul ad Dauid, in duabus rebus, gener meus eris hodie.

Per magnam aſtutiã uoluit Dauid zelare iniquitatem ſuam, quando miſit pro Vria, ut dormiret cũ uxore ſua. 2.Re.11

Nephandam calliditatem docuit Amnon filium Dauid Ionadab filius Semna, quando dixit ei, ut languorem ſimularet, & ſic Thamar ſororem Abſalon, de qua tentabatur, ſolus habere poſſet. 2.Re.13.

Cum uellet Abſalon uindicare iniuriam ſororis ſuæ, quam oppreſſerat Amnon frater eius, fecit pergrande conuiuium, & fratrem ſuum inuitauit, et dum comederet, ibi eum occidi fecit. Eodem.

Ambiẽs Abſalon regnũ patris, 2.Re.15

cœpit malitioſe adulari, & facta pa
tris ſui uituperans ſeipſum bene iu
dicaturum iactauit.

Dixit Hieroboam in corde ſuo,
1.Re.12 Nunc reuertetur regnum ad domũ
Dauid, ſi aſcenderit populus iſte, ut
faciat ſacrificium in domo domini
Hieruſalem: & excogitato conſilio,
fecit duos uitulos aureos.

Achab Rex Iſrael dixit quædam
3.Re.20 generalia uerba, nuncijs Benadab
regis Syriæ, ſuos & ſua liberaliter
efferendo. Ex quibus ille aſtute uo-
luit eum grauare nimis ad ſpecialia
deſcendendo.

3.Re.21 Sedechias filius Chanaã prophe
ta Baal, fecit ſibi cornua fieri fer-
rea, quaſi eſſet propheta uerus, di-
cens regi Achab. Hæc dicit domi-
nus, his uentilabis Syriam donec
deleas eam. Tandem fefellit eum, et
4.Re.5. fecit eum ire ad bellum.

Currens Gihezi poſt Naaman
callide

calli de colorauit petitionem suam, quando dixit, Dominus meus misit me ad te, dicens, modo uenerunt ad me duo adolescentes, da eis talẽtum argenti & uestes mutatorias duplices &c.

Scelerata Iezabel crudeli astutia usa est, ad hoc, ut uineam Naboth acquireret uiro suo. 3.Re.21

Athalia mater Ochoziæ Regis Iuda, uidens mortuum filium, interfecit omne semen regium, & sic regnauit super terram sex annis. 4.Re.11

Loquebatur alta uoce Rapsaces nuncius Sennacherib regis Assyriorum, ut audiret eum populus, & timeret super murum. 4.Re.18

Dum Abia rex Iuda exercitum suum confortaret, & aduersarios increparet, Hieroboam rex Israël retro moliebatur insidias. Cumq; ex aduerso hostium staret, ignorãtem Iudam, suo ambibat exercitu. 2.Pa.13

Varias excogitauerunt astutias
1.Esd.3. uicini filiorum Israel, qui redierant
&.4. de captiuitate Babylonis. Ad hoc,
Nee.4.5 ut impedirentur in ædificatione tẽ
pli, & murorum ciuitatis Hierusa
lem.

Superbissimus Aman, uidẽs qđ
Esthe.3. Mardochæus ipsum adorare nole-
bat: occasione eius suasit regi p mẽ
dacia, ut totus Iudæorum populus
deleretur.

Quia Sathan non poterat coram
Iob.1. deo uirtutes sancti Iob omnino ne
gare, uoluit intentionem eius calli
de deprauate, dicens. Nunquid fru-
stra Iob timet deum? Nota etiã ibi,
Quomodo una die Diabolus totũ
ei abstulit, & simul nuncios uenire
fecit, ut multiplici dolore per impa
tientiam frangeretur.

Principes & Satrapæ regni Persa
Dani.6. rum procurarunt, ut Darius statue-
ret decretum, contra quod Danie

lem cogitauerunt omnino debere facere, ut hac arte ipsum possent a rege auertere.

Duo senes presbyteri detestandam adinuenerunt nequitiam, ut possent Susannam decipere, & postea se de ea crudeliter uindicare. Dani.13.

Plenus malignitate Alchinus accessit ad Demetrium regem & accusauit Iudam Machabæũ in multis. Deinde ut narratur, obtulit regi coronam auream, & alia quædam dona & ipsa quidem die siluit. Et postea tantum fecit, & dixit, quod rex summum sacerdotẽ eum constituit. 1.Ma.7. 2.Ma.4.

Iason misit Menelauum portantem pecuniam Antiocho regi: at ille Menelaus commendatus regi in semetipsum retorsit summum Sacerdotium, supponens Iasoni talenta argenti trecenta. 1.Ma.4.

Herodes clam uocatis Magis, di
ligenter ab eis didicit tempus stel-
Matt. 2. læ, quæ apparuit eis, & mittẽs eos
in Bethleem, dixit: Ite, & interroga
te diligẽter de puero. Hoc uero qua
intentione diceret, apparuit in occi
sione puerorum.

Pharisæi uolentes capere domi-
Mat. 22 num in sermone, miserunt ad eum
discipulos suos cum Herodianis, di
cẽtes: Magister, scimus quia uerax
es, Licet cẽsum dare Cæsari, an nõ?

Varios circuitus fecerunt Phari
Ioan. 9. sæi, ut facerent confiteri cęcum illu
minatum, quod non esset illumina
tus a Christo.

Principes Iudæorũ custodibus
Mat. 28. sepulchri dederunt pecuniam co-
piosam, ut dicerẽt, Iesum de nocte
furto sublatum esse.

Ananias conscia Saphira uxore
Act. 5. sua, fraudauit de pretio agri uẽditi.

Actu. 8. Samaritani attendebant ad Si-

monem magum, eo quod magicis artibus suis, multo tempore demẽ tasset eos.

Videntes Iudæi quod uerbum domini disseminabatur per Paulũ & Barnabam, concitauerunt religiosas mulieres & honestas & primas ciuitatis Antiochenæ, & excitauerunt persecutionem in illos, & eiecerunt eos de finibus suis. Actu. 13

Cum Paulus & Barnabas essent in ciuitate Lystris, & tantam haberent gratiam ibi, quod homines ipsis tanquam dijs sacrificare uoluerãt, superuenerũt turbis, quod Paulus fuit ibi lapidatus. & extra ciuitatem tractatus, putabatur esse mortuus. Act. 14.

Quæstuarij quidam cum puella spiritum phytonem habente, uolentes conqueri de Paulo, nõ dixerũt, quod per eum amiserunt quæstum suum, sed mentiendo dixerunt: Hi Actu. 16

homines conturbant ciuitatem no
ſtram, anunciāt inſtituta, quæ no-
bis non licet ſuſcipere, cum ſimus
Romani.

Iudæi malitioſe cogitauerūt pe-
tere a Tribuno, ut Paulum produ-
Act. 23. ceret in medium, quaſi aliquid cer
tum inquiſituri eſſent ab illo. Inſi-
diabantur autem ei multi, qui uole
bant ſtatim interficere eum, & ad
hoc etiam obligauerunt ſe per to ū.

De eruditione liberorum.
Caput. LV.

Audiens Iacob ſomnia Ioſeph,
Gen. 37. increpabat eum, ne cōtra ſe fra
trum ſuorum inuidiam ſuſcitaret.

Negligētiam filiorum arguebat
Gen. 42. Iacob audiēs, quod alimēta uēderē
tur in Aegypto.

Blaſphemus in eremo lapidatus
Leui. 24 fuit, filius mulieris Iſraelitidis, de
uiro Aegyptio generatus. Tales
enim filij male frequēter īſtruūtur.

Pręcepit dominus per Moysen, Deu. 4
ut filij Israel docerent filios suos, ea
quæ ipsi uiderant.

Contumax filius & proteruus, Deu. 21
& parētum imperio obedire contē
nens, præcipitur a Moyse per po-
pulum lapidari.

Heli sacerdos male corripuit fi- 1. Reg. 4.
lios suos, & ideo tam ipse quam il
li sunt a domino puniti.

Adonias filius Hagith, male fuit 3. Re. 1. 2
a patre suo Dauid correptus, & id-
circo in superbiam elatus regnare
uoluit, sed tandem a fratre suo re-
gnante occisus fuit.

Appropinquans ad mortem Da 1. Pa. 2. 8
uid, diligenter instruxit Salomo-
nem filium suum, qui regnare debe
bat post eum.

Tobias senior filium suū ab in- To. 1. 4.
fantia timere deum docuit, et absti &. 13.
nere ab oī peccato. Deinde, cū se ci
to crederet moriturꝫ, pie et salubrit̄

Quo bonis consil. non
instruxit eum. Similiter fecit instã
te morte sua.

Parentes Saræ uxoris Tobiæ iu
niorisi, dimiserunt ire filiam suam
Tob. 10 cum uiro suo: monentes eam hono
rare soceros, diligere maritum suũ,
regere familiam suam, gubernare
domum, & seipsam irreprehensibi
lem exhibere.

Iob. 1. Magnam solicitudinem gerebat
Hiob, de liberis suis, qui cũ simul
comedissent, offerebat holocausta
ꝑ singulos dies, ne forte peccassent.

Parentes Susannæ cum essent iu
sti, erudierunt filiam suam secundũ
Dan. 13. legem Moysi.

Cũ appropinquaret morti Ma-
tathias, filios suos salubriter instru
1 Ma. 2. xit, & contra impios animauit.

Supra modum mater mirabilis,
quæ patiẽtes septẽ filios, sub unius
2. Ma. 7 diei tempore conspiciens, singulos
hortabatur pia uoce, dicens: Nescio

q̃liter ĩ utero meo apparuistis? &c.

Quod bonis cõsiliis nõ acquiescere piculosum ẽ. C. LXI.

ANgeli qui apparuerunt Loth, dederũt ei bonum consilium, ut exiret de Sodomis & generos suos secum ducens, nequaquã post tergum respicerent, sed in mõte saluos se facerent. Qui dixit generis suis qui accepturi erant filias eius, ut egrederentur. Sed uisus ẽ eis quasi ludens loqui. Generi ergo Loth, nolentes exire de medio prauæ gentis, perierunt cum ipsis Sodomitis. Vxor autem eius retro respiciens, uersa est in statuam salis. Ipse etiam Loth qui iuxta consiliũ angeli noluit statim in montem ascendere, cum propriis filiabus peccauit. Gen. 19.

Ruben consuluit fratribus suis, ut Ioseph redderetur patri suo. Qui non acquieuerunt ei: idcirco uenit postea super eos tribulatio. Ge. 37. & 42.

Nũ. 14. Filijs Israel uolentibus ascende-
re ante tempus ad locum de quo lo
cutus fuerat dominus, ait Moyses,
Non est deus uobiscum Amale-
chites, & Chananæus ante uos
sunt, quorum gladio corruetis, eo
quod nolueritis acquiescere Domi
no.

Iudit. 20 Post scelus perpetratum in uxo-
rem Leuitæ, cõuenerunt filij Israel,
miserunt nũcios ad filios uel tribũ
Beniamin, qui dicerent, Cur tantũ
nephas in uobis repertum est? Tra
dite homines, qui hoc flagitium p
petrauerunt. Qui noluerunt audire,
propter quod omnes postea exce-
ptis paucis: fuerunt occisi.

Dixit Abner Asaeli, ut desisteret
22. Reg. ab insecutione ipsius, quod audire
contempsit. Abner autem ipsum
aduersa hasta transfodit.

3. Re. 12 Roboam filius Salomonis, no-
luit audire consilium senum sed cõ

filio iuuenum acquieuit, & ideo magnam populi sui partem amisit.

Bonum & fidele consilium dedit Achior Holoferni quod ille cũ superbia & indignatione contempsit, qui paulo post fuit occisus, & eius exercitus cum damno & confusione fugatus. Iudi. 6.

Godoliæ quem Rex Babylonis præfecerat terræ Iudæorum nũciauit fideliter Iohannam filius Careah, quod Ismael filius Nathaniæ uolebat eum occidere. Qui respondit ei, Falsum loqueris de Ismaele. In mẽse autẽ septimo uenit Ismael, & occidit Godoliam, postquam comederat cum illo. Ie. 40. 41

Consilium meum placeat tibi, o rex, & peccata tua eleemosynis redime, ait Daniel Nabuchodonosor regi. Qui non acquieuit, & mutatus est in bestiam. Dani. 4.

1.Ma.5 Vadens in Galaad Iudas Machabæus, reliquit Iosephum et Azariã duces populi, et præcepit eis, dicẽs: Nolite bellum committere aduersus gẽtes, donec reuertamur, illi uero uoluerunt sibi facere nomen, & perdiderunt res & nomen.

1.Ma.9 Habebat Iudas Machabęus octigẽtos uiros secũ, aduersariorum uero uigĩti duo milia, et auertebãt eũ socij ne pugnaret tũc, sed prius exercitu cõgregato. Qui noluit acqescere eorum cõsilio, & in illo bello ipse cecidit, cæteri uero fugerunt.

Ma.27. Bonum consilium dedit uxor Pilati uiro suo, Sed ille acquiescere recusauit, magis timens Cæsarem offendere, quam iustum sanguinem condemnare.

De suspitione & falsa credulitate. Cap, LVII.

Gen.20 COgitauit Abraham, quod forsitan non erat timor dei in Ge

raris, & homines illius terræ eũ occiderent propter uxorem suam.

Simile accidit Isaac. Gen. 26.

Suspicatus est Laban, quod Iacob furatus esset deos eius, & ob hãc causam perscrutatus est totam suppellectilẽ. Gen. 31.

Videns Iacob uestimẽta Ioseph sanguine cruentata, putauit eum esse mortuum, & a fera pessima deuoratum. Gen. 37

Præcepit Ioseph dispẽsatori suo, ut introduceret fratres suos domũ ad comedendum secum: at illi exterriti, crediderunt, quod uellet eos subijcere seruituti. Gen. 44

Rubenitæ & Gaaditæ euntes ad possessiones suas, ædificauerunt altare trans Iordanem. Quo audito, filij Israel turbati fuerunt, nesciẽtes quarẽ hoc fecissent illi, et putauerũt, quod uellent se ab eorum lege penitus separare. Iosu. 22

Cum iuisset Samson ad domum
Iudi.13. patris sui, socer eius putauit quod odio haberet uxorem suam, et repudiasset eam, unde tradidit eam alij uiro.

Heli uidens Hannam labia mouere, & nullum uerbum proferre,
1.Reg.1. æstimauit eam esse temulentam.

Quia Saul persequebatur Dauid
1.Re.22 imponebat ipsi Dauid quod ipse persequeretur eum. Vnde dicebat, Quod filius suus Ionathas suscitasset seruum suum insidiantem ei licet esset falsissimum.

Cum esset Dauid cum Achis rege Geth quasi custos capitis sui, Sa
1.Re.29 trapæ dixerunt ad Achis, ut recederet Dauid, ne forte transfugeret ad Saulem.

Misit Dauid nuncios ad regem
2.Re.18. Amnon, ut consolaretur eum super patris interitu. Principes autem illius putauerunt, quod uenissent ad

explorandam ciuitatem, non ad cō solandum regem.

Postquam rex Ahasuerus turbatus fuit contra Aman, & ille iacebat super lectum Esther, ad rogandum eam pro anima sua, imposuit ei rex, quod ipso præsente, uoluerit reginam opprimere. Esth. 7.

Dum uellet Hieremias ire ad terram Beniamin, comprehendit eum custos portæ, & imposuit ei, quod fugeret ad Chaldæos. Hie. 37.

Nunciante Hieremia propheta uoluntatem domini populo terræ, qui remanserat post destructionem Hierusalem, dixerunt ei, Mendaciū tu loqueris, non te misit dominus, sed Baruch filius Neriæ incitauit te aduersum nos, ut tradat nos in manus Chaldæorum. Hie. 43.

Tortores, qui Eleazarum ducebant ad supplicium, in iram uersi sunt, ꝓpter sermones ab eo dictos, 2. Ma. 6.

quos illi per arrogantiam dictos ar bitrabantur.

Videntes discipuli supra mare
Mat.14. dominū ambulantem, putauerunt
Ioan. 9. Phantasma esse, & præ timore clamauerunt.

Simon Pharisæus uidens mulie-
Luc. 7. rem peccatricem ad pedes domini flentem, ait intra se dicens, Hic si esset, &c.

Ad hoc, quod nullus de se alte
Luc. 18. sentiat, nec male sentiat de aliquo, multum ualet exemplum quod adducit saluator de iactante se pharisæo & humili publicano.

Videntes Iudæi Apostolos do-
Actu. 2. mini, post effusionem spiritus sancti, loquentes uarijs linguis, dicebant quidam eorum, Quia musto pleni sunt.

Omnes discipuli Christiani ti-
Act. 9. mebant Saulum post conuersionē suam, non credentes, quod esset discipulus,

scipulus, donec Barnabas duxit illum ad apostolos, & narrauit illis, quomodo in uia uidisset dominū, & quomodo in Damasco fiducialiter egit in nomine domini Iesu.

Tribunus Lysias, uidens Paulū a Iudæis tam male tractari, quæsiuit ab eo, Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti: & eduxisti in desertum quatuor milia uirorum sicariorum. Actu. 21

Vt uiderunt Barbari pendentē uiperam in manu Pauli, ad inuicē dicebant: Vtiq; homicidia homo est hic. Et æstimabāt eum in timorem conuertendum, & subito casurum & moriturum. Actu. 28

Quod sancti uiri permittunt aliqua fieri non libenter. Cap. LVIII.

IAcob permisit abduci Beniamin filium non libenter, et tenere delictum, propter necessitatē Gen. 43.

uictualium ad instantiam filiorum.

Deu. 24 Moyses permisit dari libellum repudij odiosis uxoribus Iudæorum. quia timebat in eis uxoricidium.

Considerato Dauid populo suo
.2.Re.24 constituit super eum Tribunos & Centuriones: dixitque rex ad populum, Egrediar & ego uobiscum. Et respondit populus, Non exibis: quia tu unus pro decem milibus computaris. Melius est ergo ut sis nobis in urbe præsidio, ad quos rex ait: Quod uobis uidetur hoc faciam.

Cognouit Simon, quod Tryphon
1.Ma.13 cum dolo loqueretur, petens duos filios Ionathæ, & centum talenta argenti: iussit dari tamen argentum & pueros, ne forte aduersum se inimicitiam populi concitaret.

De iustitia & æquitate. C.LIX.

Ge.13. ABraham uolens separari a Loth nepote suo, dedit ei optionem,

ut eligeret partem quam uellet. Et ſic pulchre poterit partitio fieri, ut maior diuidat & minor eligat.

Dixit Iacob ad Laban, Reſpondebit cras iuſtitia mea. Gen. 30

Eliſeus permiſit quod filij prophetarum quærerent Heliam, ne forte 7. Re. 2. ſpiritus domini proieciſſet eum, cum tamen ſciret, quod iſti laborarent inuanum.

Teſtimonio domini iuſtam rē Nū. 27. poſtulauerant filiæ Salphaad, quæ in hæreditate paterna ſuccedere a Moyſe petierunt.

Rex Adoniboſeth comprehēſus Iudic. 1. a filijs iſrael, dixit: Septuaginta reges, amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias, fecit, ſicut ita reddidit mihi Dominus.

Adducto Aggag rege Amalech coram Samule, ait ei ſamuel, fecit 1. Re. 15.

abſq; liberis mulieres gladius tuꝰ,
ſic abſq; liberis erit inter mulieres
mater tua.

Dixit Dauid ad Saul, qui eum in
1.Re.26 iuſte perſequebatur, Dominus re-
tribuet unicuiq; ſecundum iuſtitiā
ſuam & fidem.

Conſtituit Dauid, & quaſi pro
1.Re.30 lege habitum eſt, ut æqua eſſet pars
deſcendentis ad prælium, & rema-
nentis ad ſarcinas.

Dauid noluit accipere gratis ab
1.Re.24 Arauna Iebuſæo aream, quam ha-
bere uolebat, ſed iuſto pretio me-
diante.

Audiens hœdum balantem To
Tob.2. bias, dixit: Videte ne furtiuus ſit,
ſed reddite eū dominis ſuis. Quia
non licet uobis aut edere ex furto,
aut contingere.

Præcepto regis Ahaſueri, ſuper-
Eſth.7.8 bus & iniquus Aman ſuſpenſus ē,
in illo eodem patibulo, quod ipſe

parauerat Mardochæo, & hostes Iudæorum eodem die ab ipsis Iudæis occisi sunt, quos Iudæos illi occidere putauerunt.

Contra Babylonem prophetās Hieremias ait: Reddite ei secundū opus suum, iuxta omnia quæ fecit, facite illi. Hie. 1.

Iubente Dario rege, uiri qui accusauerunt Danielem, missi sunt in lacum leonum, & non peruenerūt usq; ad pauimentum, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorū comminuerunt, ut cap. 14. Dan. 6.

Fecit populus duobus presbyteris senibus, qui inique accusauerunt Susannam, sicut male egerant aduersus proximum, & interfecerunt eos. Dan. 13.

In eodem loco, in quo Andronicus iniuste occiderat Oniam summum sacerdotem, fecit eū uita priuari, purpura pri⁹ exutū Antiochus 2. Ma. 4.

Impius Iason, q insepultos abie-
2. Ma. 5 cerat multos, ipse illamentatus & insepultus abijcitur, nec propriam nec peregrinam habuit sepulturam.

Antiochus homicida & blasphe-
2. Ma. 9 mus pessime percussus: utq; ipse multos tractauerat peregre in mõtibus, miserabili uita defunctus est.

A seruo nequam, qui noluit di-
Mat. 18. mittere conseruo suo centum denarios, merito repetijt dominus uniuersum debitum, quod liberaliter prius dimiserat illi.

De iudicijs hominũ rectis, aut prauis. Cap. LX.

Gen. 11. Causam, quam nescit iudex, de-
& 14. bet diligẽtissime inuestigare. Vnde deus quem nihil latere põt, dicitur descendisse, ut uideret ciuitatem, quam ædificabant filij Adã. Similiter dixit ipse, Descendam, &

uidebo utrũ clamorem, qui ad me
peruenit opere impleuerint.

Iniuste præcepit Iudas Thamar Gen. 38
nurum suam comburi.

Dominus Ioseph nimiũ credu- Gen. 19.
lus uerbis coniugis, misit ipsum in
carcerem.

Minora per minores iudices, & Exo. 18.
maiora per maiores debent deffini
ri, iuxta id quod consulit Iethro
Moysi.

De duodecim bobus, et sex plau Num. 7.
stris, nullum dedit Moyses filijs
Caath, licet essent sibi propinquo-
res, se totum dedit alijs Leuitis,
eo quod isti amplius indigebant,
qui grauiora portabant.

Consuluit Moyses dominum Nũ. 27.
occasione filiarum Salphaad, &
respondit Dominus, Homo cum
mortuus fuerit absq; filio, ad filiã
eius transibit hæreditas.

Voluit Moyses, ut filij Ruben, Num. 32

& cæteri, qui petebant terram iam
acquisitam, armati illos præcede-
rent ad bellum, donec terra alia es-
set penitus acquisita.

De filijs Samuel dicitur, Declina
1.Re.8. uerunt post auaritiam, acceperūtq;
munera, et peruerterunt iudicium.

Iniuste protulit Dauid sententiā
2.Re.16. contra Mephiboset absentem ad
&.19. urbem Sibæ, ipsi Dauid xenia offe
renti. Veruntamen postea cognita
ueritate uoluit iniquam sententi-
penitus reuocare.

Salomō recte iudicauit de dua-
3.Reg.3. bus mulieribus, quarum quælibet
contendebat unius pueri ēe mater.

Constituit Iosaphat rex Iuda, iu
2.Pa.19 dices terræ præcipiens eis, Videte
quid faciatis, non enim hominis
exercetis iudicium, sed dei. Quod-
cunq; iudicaueritis in uos redunda
bit. Sit timor domini uobiscum, et
cum diligentia cuncta facite.

Ad suggestionẽ Aman rex Aha- Est. 3.
suerus iniuste dixit de populo, Age
quod placet.

De iudicibus Israel dicebat Esa. Esa. 1
Pricipes tui infideles, socij furum,
omnes diligunt munera, sequũ tur
retributiones, pupillo non iudicãt,
& causa uiduæ non ingreditur ad
illos,

Quia Hieremias a domino pro Hie. 38.
phetabat Hierusalem capiendã esse
a Chaldæis, dixerunt principes po
puli Sedechiæ regi, Rogamus ut
occidatur homo iste. Qui respõdit
eis. Ecce ipse ẽ in manibus uestris,
non enim phas est regem uobis q̃c
quam negare.

Nabuchodonosor Rex Babylo- Dan. 2
nis præcepit ut perirent omnes sa-
piẽtes Babylonis, eo quod illi som
nium, quod uiderat, non poterant
iudicare.

Quanuis Darius rex Persarum Dan. 14.

innocentem sciret esset Danielem, tamen ad instantiam Satraparum fecit eum mitti in lacum leonum.

Dan. 13. Discrete examinauit Daniel duos senes qui contra Susannam iniquum tulerunt testimonium.

2. Mac. 4 Cum separaretur Menelaus in iudicio coram Antiocho per pecuniam, quam promisit, absolutus ē, & accusatores eius iniqua morte damnati.

Ibidem. Conquesti sunt Iudæi corā Antiocho rege, de iniqua morte Oniæ. Contristatus autem Antiochus licet alias esset malus, Andronicum purpura exutum in eodem loco, in quo ipsum Oniam occiderat, iussit uita priuari.

Matt. 2. Nimis iniquum protulit Herodes iudicium, quando mittens satellites, occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem.

Mar. 6 Ad petitionem unius saltatricis,

fecit Herodes Tetrarcha Ioannem Baptistam in carcere decollari, cũ tamen sciret eum uirum iustum & sanctum.

Dixit Nicodemus Pharis. Nun- quid lex uestra iudicat hominem? nisi audierit ab ipso prius, & co- gnouerit quid faciat? Ioan.7.

Nequissimum fuit iudicium, quando Pilatus dimisit Barrabam homicidam, latronem, seditiosum, & dominum Iesum tradidit uolun tati eorum. Mat.27.

Sacerdotibus & magistratibus templi denunciantibus Petro & Ioanni, ne docerent aliquid in no- mine Iesu: Responderunt apostoli dicẽtes eis: Si iustũ ẽ ĩ cõspectu dei uos potiꝰ audire quã deũ? iudicate. Actu.

Cum Paulus eiecisset dęmoniũ a puella Phytonissa, accusatus fuit a dominus eius, quibus illa quęstũ diuinando præstabat. Magistratus Act.16

autem fecerunt Paulum & Silam uirgis cædi, & in carcerem mitti.

Actu. 18 Iudæis accusantibus Paulũ, Gallio proconsul dixit, Si qua esset iniuria, aut facinus malum, o Iudæi, merito uos sustinerem: Si uero quæstio est de sermone, & nominibus & lege uestra te, uos ipsi uideritis. Iudex enim ego horum nolo esse.

Act. 23. Princeps sacerdotum præcepit percutere os Pauli, tũc Paulus ait, Percutiet te dominus paries dealbate, & tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti.

Licet Paulus coram Felice præside, se rationabiliter excusasset, uoluit tamen Felix gratiam præstare Iudæis. & Paulum uinctum successori suo Festo reliquit.

Act. 25. Dixit Festus præses, Non est cõsuetudo Romanis, damnare aliquẽ hominem priusquam is, qui accu-

ſatur pręſentes habeat accuſatores, locumqꝫ defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Feſtus nolẽs acquieſcere Iudęis, Ibidem.
qui petierant ut Paulus Hieroſolymam duceretur, dixit Paulo, Vis Hieroſolymam aſcendere, et ibi iudicari ſuper iſtis? Reſpondens dixit Paulus, Ad tribunal Iudicis ſto. Cæſarem appello. Tũc Feſtus cum concilio loquutus, reſpondit: Cæſarẽ appellaſti, ad Cæſarẽ ibſi.

Auditis rationibus Pauli, Agrip Act.26.
pa rex, & præſes Feſtus loquebantur ad inuicem, dicentes: Quia nihil morte dignum fecit homo iſte. Agrippa autem Feſto dixit, Dimitti poterat hic, niſi appellaſſet Cæſarem.

De pœnitentia. Cap. LXI.

QVandiu manſit Maria extra caſtra nõ proceſſerũt Num.12
filij Iſrael, Non enim eſt bonum ire

per desertum huius uitæ, sine amaritudine pœnitentiæ.

Audiens populus filiorum Israel dominum esse iratum, ꝑpter mur-
Num.14 murationes eorum, luxit nimis, & in mane plus uoluerunt facere quã dominus præciperet eis.

Ad uocem angeli improperãtis
Iudi. 2. populo peccanti beneficia dei, eleuauerũt omnes uocem suam & fleuerunt.

Dixerunt filij Israel ad dominũ:
Iudi. 10 Peccauimus, tu redde nobis qcqd tibi placet. Et omnia idola proiecerunt. Sequitur Quid doluit suꝑ miserijs eorum.

Cito pœnituit Dauid, quãdo Na
2.Re.12 than ipsum de crimine reprehẽdit.

Achab rex Israel sceleratissimus, cooperuit carnem suam cilicio, ie-
3.Re.21 iunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite, & immorata est pœna digne illi pro cri

minibus infligenda.

Manasses rex Iuda uinctus cate
nis, & in Babylonem ductus, egit 2.Pa. 33
pœnitētiam ualde coram domino.
Et reduxit eum dominus in Hieru
salem regnum suum.

Lamentante Esdra pro populi 1.Esd.10
peccatis dictum ē ei, Si est pœnitē
tia in Israel super hoc, percutiā fœ-
dus cum domino deo nostro.

Audita terribili potentia Holo- Iudit. 4.
fernis, sacerdotes induerunt se cili-
cijs, & ex toto corde omnes ora-
bant dominum, ut uisitaret popu-
lum suum.

Et in laudem Iudith dicit, Qđ
hn̄s sup lūbos suos ciliciū, et ieiuna Iudic.
bat oībus dieb⁹ uitę suæ p̄ter, Sab-
bata, et Neome. et festa dom⁹ Israel

Quanuis Iob esset uir simplex et
rectus, timens deum & recedens a Iob. 42
malo, tamē dicebat: Ego ago pœni
tentiam in fauilla & cinere.

Instante captiuitate Hierusalem
dicebat Esaias, uocauit Dominus
Esa.22. in die illa ad fletum & planctum,
et ad caluitium et ad cingulũ sacci.
Niniuitæ crediderunt domino
Ionæ.3. ad prædicationem Ionæ,& prædi-
cauerunt ieiunium. Et uestiti sunt
sacco,a minore usq; ad maiorem.
Appropinquante exercitu Ti-
2.Ma.10 mothei, Machabæus, & qui cum
illo erant,deprecabantur dominũ,
caput terra aspergentes, lumbosq;
cilijs præcincti,ad altaris crepidi-
nem ꝓuoluti,ut eis esset propitius
& inimicis eorum inimicus.
Ioannes Baptista sanctificatus,
Mat.12 antequam ex utero matris natus,a
sanctis parentibus educatus, fugit
in desertum. Vbi tam austeram ui
tam duxit,quod dicebatur, Nec co
medens, nec bibens, adde, nec ue
stiens. Quia pili camelorum non
sunt uestes humanæ.

Quam

Quam libenter receperit domi- Mat.14.
nus peccatores ad pœnitentiam, ex
his apparet, quod prædicationem
a pœnitentia legitur incepisse.

Item ad hoc asserit se uenisse, Lu
cæ.5. Et hoc ipsum p opera demon
strabat. Exemplo de Maria, Lucæ.
7. Et Matthæi eiusdem. Cap.9. De
Zachæo, Lucæ.19. Et de Petro
Mat.26.

Item & per similitudines, quas Luc.13
ponebat de oue, quæ periit in deser
to. De drachma, quam mulier per
didit in domo. De filio prodigo,
quem pater reputabat mortuum et
postea suscitatum.

Maria Magdalena exemplar pœ Lucæ.7.
nitentiæ, non iussa ad dominũ ue-
nit, conuiuantes non erubuit, retro
secus pedes domini stetit, inter epu
las lachrymas obtulit.

Vt induceret homines ad facien Luc.13.
dum pœnitentiam, posuit exẽplũ

de quibuſdam ſuper quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Et ſubdit, Si non pœnitentiam egeritis omnes peribitis.

Ad exemplum ouis quæ periјt, Luc. 15. uel drachmæ quam mulier perdidit, ſed poſtea inuenta fuerunt: dicit dominus, Gaudium magnum eſt in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

Leuem & breuem pœnitentiã iniunxit dominus mulieri in adul- Ioan. 8. terio depræhenſæ, dicens: Vade, et amplius noli peccare.

Videns Iudas quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit tri- Mat. 27. ginta argenteos, dicẽs: Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. Verũ quidem dixit, ſed quia deſperabat, ueniam non meruit.

Petrus peccauit negando dominum in atrio principis ſacerdotũ, Mat. 26. ſed quãdo flere & pœnitere uoluit,

foras exiuit. Et nota, quod Luc. 22. Mar. 14.
additum est, Conuersus dominus, Ioan. 18
respexit Petrum. Luc. 22.

Quærentibus quibusdã iudæis Actu. 2.
corde compunctis, Quid facimus
uiri fratres? ait illis Petrus Pœnitẽ
tiam agite, & unusquisq; uestrum
baptizetur.

Auditis rõnibus Petri, Quarẽ ue Actu. 11
nerat ad Corneliũ, et eũ baptizaue
rat, tacuerunt frẽs, et glorificauerũt
dñm, dicentes: Ergo & gẽtibus de
us pœnitentiam ad uitam dedit.

De honore parentũ. C. LXII

SEm & Iaphet benedictionem Gen. 9.
patris meruerunt, quia nudato
obsequiũ præbuerunt. Chã uero fi
lius suus maledictus fuit, quia pa
tris nuditatem derisit.

Magnæ existimatiõis erat apud Gen. 27.
antiquos benedictio patris, ut pa
tet in Iacob & Esau, quia ipsam so
licite quæsierunt.

Ibidem Licet Esau esset homo malus, reprobatus a deo, & odio haberet fratrem suum Iacob, nolebat tamē ipsum occiderē, uiuēte patre suo Isaac. Vnde dicebat, Venient dies luctus patris mei. In hoc deferēs patri honorem, & timens offensam eius.

Ad magnam pœnam obligabat Gen. 42 & 43. se Iudas cum dixit patri: Nisi Beniamin reduxero, & tradidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Et notandū, Quod priusquā dixerat Ruben, duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi, tñ pater nō acquieuit illi, acquieuit autē Iudæ dicenti prædicta uerba.

Idem Iudas postea supplicās Io Gen. 44 seph, ut beniamin ad patrem remitteret inter cætera repetijt prædicta uerba, quibus se obligauerat patri & subiunxit, Nō possum redire ad patrem absente puero, ne calamitatis, quæ oppressura est patrē meū,

testis assistam.
Iacob benedicens filios, dixit contra Ruben, Effusus es sicut aqua, non crescas. Quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratū eius. Gen. 49

Precepit dominus per Moysen, Si genuerit homo filium contumacem & proteruum. Sequitur, Lapidibus eū obruet populus ciuitatis. Deu. 21.

Reddidit deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrē suū, interfectis septuagita fratrib⁹ suis. Iudic. 9

Non audierunt filij Heli patrem, ipsos corripientem. Et ideo, diuinam ultionem experti sunt. 1. Reg. 2

Quia Ionathas gustauerat paululum mellis contra inhibitionem patris, morti adiudicatus est a patre: tamen a populo liberatus est. 1. Re. 14.

Dauid a facie Saul fugiens, et in magna necessitate existens, habuit curā parentū suorum, & recōmēdauit eos diligēter apud moab regē. 1. Re. 22

Abſalon Dauid patrem ſuum de
1.Re.15 regno expellere laborabat, ſed peſſi
me ei ſucceſſit.

Venienti Betſaba matri Salomo
nis, aſſurrexit rex, adorauitq; eã, &
3.Re.2 poſitus eſt thronus matri regis.

Filij duo Senacherib occiderunt
4.Re.19. eum, ſed tamen neuter eorũ regna-
uit poſt eum.

Tobias ſenior inſtruens filium
Tob. 4. ſuum, inter cætera dixit: Cum acce
perit deus animam meam, corpus
meum ſepelietur, & honorem ha-
bebis matris tuę, omnibus diebus
uitæ tuæ.

Eijciens dominus de templo cũ
flagello, uendentes & ementes bo-
Ioan. 2. ues, & numularios, dixit, Nolite fa
cere domum patris mei domũ ne-
gotiationis. In hoc & alijs multo-
ties honorem patris quærens.

De puero Ieſu dicit, Deſcẽdit cũ
Luc. 2. illis (ſcilicet) Maria & Ioſeph, et ue

nit in Nazareth: & erat subdit⁹ illis.

Ipse etiam dicit alibi. Honorifi- Ioan. 8
co patrem meum.

Et pẽdens in cruce, matrem suã Ioan. 8.
dilecto discipulo commendauit. In
quo apparet, quam solicitudinem
gesserit de ipsa, qui nec in mortis
articulo huius oblitus fuerit.

De gratijs agẽdis, p beneficijs dei. Cap. LXIII

SOlicite gratias agebat deo Ia- Gen. 32
cob dicẽs, Dñe minor sum cũ
ctis miserationibus tuis.

Voluit Dñs ut liberatio filiorũ Exo. 13.
Israel de Aegypto nunquam exci-
deret ab eorum memoria.

Erit quasi signum, ait, in manu
tua, & quasi monumẽtũ añ oculos
tuos, ut lex domini semp ĩ ore tuo.

Cecinit Moyses & filij Israel car
men deo, & dixerũt. Cantemus do Exod. 15
mino. Postquam (scilicet) tã mira-
biliter transierant mare rubrum.

Obtēta de inimicis mirabili ui
Nū. 31. ctoria, uenerūt ad Moysen princi-
pes exercitus Israel, dicētes, Quod
nullos fuerat de filijs Israel in bello
occisus: & tamē hominū & anima
liū rapuerūt magnam prædā, et ob
hāc causam dona magna obtulerūt

Præcepit dn̄s, ut post transitum
Iosu. 4 Iordanis miraculosum, ponerētur
duodecim lapides in perpetuū mo
numentum.

Post uictoriā de Sysara habitā,
Iudic. 3 per Barath & Delbora, domino ce
cinerunt.

Orauit dominū & laudauit Hā
1. Re. 2. na, pro filio sibi dato.

Quamuis filij Israel in prælijs,
Iudi. 20 ubi uincebant, fortiter dimicarent
tamen dicebatur dominus percute
re inimicos, ut laus deo attribuere-
tur.

2. Re. 7. Audiens Dauid reuelationem,
quam deus fecerat Nathan prophe

tæ,de regni sui duratione, gratias
egit ualde humiliter & douote.
Multũ laudãdus est deus, q̃ dat 3.Re.3.
populo bonum principem et præ-
latum,Benedictus deus, qui dedit
Dauid filium sapientissimum, pro
pter populum hũc plurimum,
Cyrus rex Persarũ fecit clama- 1.Esd.1.
ri per omnia regna terræ,Dedit mi
hi deus cœli,omnia regna terræ,&
præcepit mihi ut edificarẽ ei domũ
in Hierusalẽ. Quis est in uobis de
uniuerso populo eius? Sit deus cum
ipso,& ascendat in Hierusalem.
Cũ Tobias recuperasset uisum
& uxor eius,& omnes qui sciebant Tob.11
eum prius cæcu m, glorificabant
deum.
Omnis populus post uictoriam
de exercitu Holofernis habitam ue udi.16
nit in Hierusalem adorare dominũ
Reuelata Danieli uisione Nabucho Dani.2.
donosor regis Babylonis, benedi-

xit deo cœli et ait, Sit nomen domi
ni benedictum, quia sapientia &
fortitudo eius sunt.

Deuote & pulchre exoluerunt
Dan.4. laudes deo illi tres pueri, de forna-
cis incendio liberati. Et nõ solum
illi hac de causa gratias egerũt deo,
sed & Nabuchodonosor fecit præ-
dicari mirabilia de iis in toto regno

Mundato templo & erecto sub
Iuda Machabeo, adorauerũt & be
1.Ma.4 nedixerũt in cœlo eum qui prospe
rauit eos.

Iudas Machabæus et ppl'us Hie
rosolymorum scripserunt Aristho
2.Ma.1 bolo, dicentes, De magnis pericu-
lis a deo liberati, gratias magnifi-
ce ei agimus

Deuicto Timotheo per Iudam
Machabæum, & capto quodã for-
2.Ma.10 ti præsidio, in hymnis & confessio
nibus benedicebãt dominum, qui
magna fecit in Israel.

Btā uirgo audita laude sua, quã dixit Helizabeth, Bñdicta tu &c. in uoce laudis prorupit, pro beneficijs sibi, & toto mundo collatis. Luc. 1.

Quando uolebat dñs in euangelio aliquod grande opus facere, frequẽter legitur in cœlum suspexisse & gratias egisse. Sicut patet in panum multiplicatione. Iohan. 6. In Lazari suscitatione. in Eucharistię institutione. Matth. 26.

Nato Ioanne Baptista, Zacharias recuperato loquendi officio, dñm prophetando laudauit dicẽs, Benedictus dominus deus Israel. Luc. 1.

Accepit puerũ Iesum Simeõ in ulnas suas & benedixit dominum. Luc. 2.

Videntes turbæ paralyticum a domino curatum, glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Mat. 9.

Item uiduæ filio suscitato, accepit omnes timor, & magnificabãt Luc. 7.

deum dicentes Quia propheta ma
gnus surexit.

Vnus illorum decem leproso-
Luc.17 rum,ad mandatum domini mun
datorum,regressus est unus & ceci
dit in faciem ante pedes eius, gra-
ias agens,

Postquam cœnauit dominus
cum discipulis suis, subditur, Et
Ma.26. hymno dicto,exierunt in montē
oliuarum.

Claudus a Petro sanatus, itrauit
cum Apostolis in templum, am-
Ma.14. bulans & exiliēs & laudans deum
Sequitur,Omnes glorificabant de
um,per id quod factum fuit. E-
rat enim homo ille annorum plus
quam quadraginta:

Act.3.4 Gratias agebat Paulus pro be-
neficiis sibi & aliјs a deo collatis.
Sibi quidem in sua conuersione.
Gratias ago deo meo,qui me con-
fortauit in Christo,Qui prius fui

ab homine acceptis
blasphemus, & persecutor, &
tumeliosus. Sed misericordiam dei
consecutus sum:

Item in sua cõuersatione Deo gratias, q semper triũphat per nos in Christo Iesu. 1. Tim. 1

Et pro beneficijs fratribus colatis, gratias deuote agebat, Primũ quidem gratias ago pro omnibus. Quia fides uestra annunciatur uniuerso mundo. 1 Cor. 2

Ad Thessal. Gratiarum actionẽ possumus deo retribuerẽ, pro uobis in omni gaudio, quo gaudemus. 2 The. 3

Idem gratias agere in omnibus ad monebat Ephesios, cap. 5. Et semper gaudete, sine intermissione orate & c. 2 The. 5

De gratitudine & beneficiis ab homine acceptis. Cap. LXIIII.

CVm percussisse t Abraham quatuor Reges, et omnem substantiam quam illi rapuerunt, reduxis- Gen. 14

ſet, rex Sodomorum egreſſus eſt in occurſum eius et omnia obtulit ei, ſolis animalibus exceptis. Vbi notandum, Quod licet Abraham oblata reſpueret, tamen bene uoluit, ut ſocij ſui partem haberent de præda, tãq̃ eorꝫ ſuffragio nõ ingratus.

Videns Laban iocalia, in aures ſcilicet & armillas, q̃ ſeruus Abra-
Gen. 24. ham dederat Rebbeccæ ſorori ſuæ, uenit ad illud & dixit ei, Ingredere benedicte domini. Et eũ in hoſpitijs, cũ multa humanitate, recepit.

Poſtquam Iacob ſeruierat Labã
Gen. 29. auunculo ſuo multis annis, dixit ei Laban, Quia frater meus es, gratis ſeruies mihi.

Pharao rex Aegypti multũ fuit
Gen. 41 gratus Ioſeph, ꝓ expoſitione ſomnij ſui, & eũ magnifice ſublimauit.

Iethro ſacerdos Madian gratus
Exod. 2. fuit, pro eo qđ Moyſes filias eius defenderat, quando ad gregẽ ada-

quandum iuerant. Vnde fecit eum uocari, ut comederet, & dedit ei filiam suam in uxorem.

Valde solicit⁹ fuit Iosue, ne Rhaab meretrix, quæ nũcios ab eo missos absconderat, ciuitate Hiericho ruente, periret. Iosue. 6.

Cũ liberasset Gedeon ab inimicis Israel, dixerunt omnes ad eum, Dominare nostri tu & filius tuus, qa liberasti nos de manib⁹ Madiã. Iudic. 8.

Dixit Noemi commendando Booz, qui Ruth benigne uiderat, Benedictus sit a domino, quoniã eandem gratiam, quam præbuerat uiuis, seruauit & mortuis. Ruth. 2

Quia Cinæus bñ se habuerat ad filios israel, pepercit ei Saul qñ destruxit Amalech. 1 Re, 15

Dixit Dauit ad Abiathar, cuius pater dilexerat ipsum Dauid, Mane mecum, ne timeas. Si quis quæsierit animam tuam, quæret & meã. 1. Re. 22

2.Re.2 Misit Dauid ad uiros Iabes Ga
laad, qui sepelierunt corpora Saul,
& filiorum eius & gratias egit eis.

2.Re.9. Propter amorẽ Ionathæ filii Sa-
ul, inquisiuit Dauid, si esset aliquis
superstes de genere eius, & consti-
tuit Mephiboseth, filium Ionathæ
conuiuam mensæ suæ.

3.Re.10 Regina Saba multa munera attu
lit Salomoni, ille uero dedit ei om
nia quæ expetiuit, exceptis his quæ
ultro obtulit ei munere regio.

3.Re.17 Helias pie compassus est uiduæ
apud quam substentabatur, & effi-
caciter orauit pro filio illius defun
cto, ita, quod ipsum a mortuis susci
tauit.

4.Re.18 Allegauit: A bdias beneficium,
quod contulerat prophetis domini
quos absconderat, quando quære-
bantur ad mortem, ad hoc uidelicet
quod Helias nũcium periculosum
ei in iungere non deberet.

Ascensurus

Ascensurus in cœlū,bene remunerauit discipulum suum Helias, scilicet Eliseum. 4.Re.2

Mulieri Sunamitæ hospitæ Elisei,ipse Eliseus benigne obtulit, ut loqueretur pro ea regi,si apud ipsum haberet negotium. 4.Reg.4.

Item filium eidem impetrauit, & postea mortuum suscitauit. 4.Re.5.

Naaman Syrus mundatus a lepra,ad uerbū Elisei obtulit ei munera,dicens, Obsecro ut accipias benedictionem a seruo tuo. 1.Esd.4.

Accusatores Iudæorum miserūt epistolam Artaxerxi regi,inter cætera continentem, Nos autem memores salis,quod in palatio comedimus,& quia læsiones regis uidere nephas ducimus, iccirco misimus &c. Tob.12

Tobias iunior cum multa gratitudine, retulit prī suo beneficia a Raphaele percepta. Esth.47

Esther regina non fuit ingrata Mardochæo nutriori suo.

Nabuchodonosor rex Babylo-
Dan.4.5 nis audita expositione somnij sui per Danielem, in sublime eum extulit, & magna munera illi dedit. Similiter & Balthassar honorauit eũ pro eo quod exposuerat ei scripturam quam in pariete uiderat.

Audiẽs Iudas Machabæus, qđ
2.Ma.12 Scythopolitæ bene se habuerãt ad Iudæos in tempore tribulationis eorum. & gratias egit illis.

Seniores Iudæorum dixerũt do
Lucæ.7 mino Iesu de Centurione, pro seruo infirmo rogante, Dignus est ut hoc illi præstes. Diligit enim gentem nostram, & synagogam ædificauit nobis.

Pie & plene recognoscebat Pau
Galat.4. lus beneficia sibi collata. Vnde ad Galatas ait, sicut angelũ dei recepistis me, & si fieri potuisset oculos

uros eruissetis, et dedissetis mihi.

Repletus sum acceptis ab Epa- Phil. 4.
phrodito quæ misistis in odorem
suauitatis.

Et alio loco: Dedit dominus mi 2. Tim. 1
sericordiam Onesiphori familiæ,
quæ sæpe me refrigerat, & catenã
meam non erubuit.

Item Onesimo seruo Philemo-
nis, qui ministrauerat in carcere,
scribit eidem Philemoni affectuo
sas & efficaces literas.

De ingratitudine. Ca. LXV.

PRæpositus pincernam succe- Gen. 40
dentibus prosperis oblitus est
Ioseph interpretis sui.

Vtiliter & fideliter seruiuit Ia- Gen. 31.
cob auunculo suo Laban, & ille
multoties uoluit eum fallere.

Videns populus, quod moram Exo. 32
faceret descẽdendi de monte Moy
ses, dixit ad Aaron, Fac nobis deos
qui nos præcedant. Ecce quã cito

uidebatur oblitus beneficiorum, quæ acceperant a uero deo.

Filijs Israel in deserto uertebaẽ in tædium cibus optimus, sine la-
Num. 11 bore de cœlo datus, & flebant dicẽtes, Quis dabit nobis ad uescendũ carnes?

Angelus domini improperauit
Iudic. 2. filijs israel beneficia, populo a deo collata, & quomodo illis abutẽtes, ruperant fœdus, & transgressi erãt dei mandata.

Multa beneficia recepit Saul a
Re. 1. 17 Dauid, & tamen ad occidẽdum eũ modis, quibus potuit laborauit.

Saluauit Dauid habitatores ter-
1. Re. 23 ræ, & tamen uoluerunt eum trade-re in manus Saul ipsum ꝑsequẽtis.

Reddiderunt filij Amnon ꝓ be-
2. Re. 10 neficio & honore contumeliam, quando uituperauerũt nuncios Da uid, quos miserat ad consolandum regem eorum, sup patris interitu.

Ingrati fuerunt Dauid & Ioab fidelitati Vriæ, quorum primus literas dedit, & alter crudeliter executus est. 2.Re.11

Postquam Dauid reuocauit Absalon filium suum, & pepercit ei super homicidio, quod commiserat in fratrem suum: surrexit Absalom contra patrem suum. 2.Re.15.

Non fuit Dauid bene memor amicitiæ, quam contraxerat cũ Ionatha, quando nimis cito filiũ eius exhæredauit. 2.Re.16

Sublimauit dominus Hieroboã super decem tribus. Et statim ille libidine dominandi elatus, populum peruertit a cultu dei. 3.Re.12.

Eliseus multa bona fecerat regi israel, & toto populo, & tamen propter caristiam, q̃ erat in terra, præcepit caput eius amputari, sed deus aliter ordinauit. 4.Reg.6

Non est recordatus Ioas rex Iu- 2.Pa.24

da misericordiæ, quam fecerat Ioia
da pontifex se cũ. Sed interfecit Za-
chariam filium eius arguentem il-
lum, eo quod dñm reliquisset.
Amasias, diuino fretus auxilio,
2.Pa. 2 I uicerat Idumæos, & filios Seir. Et
amen auferens deos eorum, adora
uit illos. Missus autem ad eum pro
pheta, dixit, Cur adorasti' deos, qui
non liberauerunt?
Ezechias iuxta beneficia quæ ac
ceperat, nõ retribuit domino, quia
2.Pet.32 eleuatum est cor eius.
Multi bonitate principũ & ho-
Esth.16 nore, qui in eos collatus est, abusi
sunt in superbiam.
Nec contenti sunt gratias nõ age-
re pro beneficijs, & humanitatis in
se iura uiolare, sed dei quoq; cuncta
cernentis arbitrantur se fugere pos-
se sententiam.
Cõquerendo dicit dñs de popu-
Esa.1 lo Iudæorũ, Filios enutriui & exalta

ui, ipsi autē spreuerunt me. Et cōuicit eos esse bestijs min⁹ gratos. Subditur, Cognouit bos possessorē suū, & asinus præsepe domini Israel autem me non cognouit.

Multa & magna beneficia uolebat dominus facere Achab regi Iuda, prout mandauit ei per Esaiam, quæ tamen ille acceptare contēpsit. Esa. 7.

Misit Ionathas fortes armatos qui liberauerunt regem Demetriū de manibus Antiochenorum. Et postea alienauit se Demetrius a Ionatha, & non retribuit ei secundum beneficia, quę sibi tribuerat, & uexabat eum ualde. 2. Ma. 10

De decem uiris leprosis a Saluatore mundatis, tantum regressus ē unus magnificans deum & gratias agens. Luc. 17.

Ingrati fuerūt Paulo domini uel parentes puelle Phytonissæ, a qua spiritū malū Paulus eiecit. Magis

enim doluerunt de quæstu amisso
quã gauisi sunt de dęmone expulso

Quod ueritas odium parit Cap. LXVI.

Num.24 BAlaac rex Moab multum dolebat, quando Balaam bona dicebat de filijs Israel licet essent uera. Nec eum honorauit, sicut honorasset, si & placentia uerba dixisset. Decreuerã ait, quidem honorarẽ te &c.

Iudi.9. Ionathas filius Gedeonis fugit a facie Abimelech, cum dixisset uerũ de eo, & de illis, qui male eum elegerunt.

1.Re.20 Iratus est Saul contra Ionatham filium suum, quia ille excusabat Dauid, qui uere innocens erat erga ipsum Saul.

3.Re.22 Achab oderat Michęam prophetam, quia ille dicebat ueritatem sibi. Ego odi eum (inquit) quia nunquam prophetat mihi bonum, sed malum.

Cum increpasset Ananias pro- 2 Par. 10
pheta Aza regem Iuda, quia confi-
sus erat in Benadab rege Syriæ: Ira
tus est Aza, misitq; uidentem in
neruum.

Ad imperium regis Ioas, lapida 2. Pa. 24
tus est Zacharis filius Ioiadæ, qui
regem & principes arguebat, ꝑ eo,
quod dominum reliquissent.

Cum dixisset Achior magnalia, Iudi. 5. 6
quæ fecerat deus pro filijs israel, &
magnam esse eius potestatem: irati
sunt omnes magnates Holofernis,
& cogitabant inrerficere eum. Ho-
lofernes etiam indignatus est uehe-
menter.

Clausit Hieremiam prophetam Hie. 32.
in domum carceris Sedechias Rex
iuda dicens, Quare uaticinaris, di-
cens, Hæc dicit dominus.

Cum legisset Baruch nerba, quæ Hie. 36.
scripserat ex ore Hieremiæ coram
Ioachim rege iuda, fecit rex eum in

ignem proijci & uolumen. Quia
dicebat ibi ueritas, de ciuitate Hie
rusalem capienda. Et pręcepit rex
Baruch & Hieremiam compren-
hendi, sed deo nolente, tunc nõ fue
runt inuenti,

Hie. 38. Postmodum uero cum iterum
prophetaret captionem ciuitatis,
missus fuit in lacum, ubi non erat
aqua, sed lutum. Et descendit Hie-
remias in cœnum.

Dan. 13 Pro eo, quod Daniel probauit
Bel & draconem non esse deos, Ba
bylonij conuenerunt aduersus re-
gem, & procurauerunt Danielem
mitti in lacum Leonum.

1. Ma. 6. Ex bonis & ueris sermonibus
Eleazari hi qui eum trahebant ad
supplicium, & pauloante fuerãt mi
tiores, conuersi sunt in iram.

Ma. 14. Quia Ioannes Bapti. dicebat He
Mr. 6. rodi, Non licet tibi habere uxorem
fratris tui, fecit eum Herodes incar

cerari.& postea decollari.

Cũ dominus increparet de mul- Luc. 11
tis hypocritas & Pharisæos, cœpe-
runt illi grauiter insistere, et os eius
opprimere, de multis insidiãtes ei,
& quærentes rapere aliquid ex ore
eius.

Pharisæi cæco nato, a Domino Ioan. 9.
illuminato maledixerunt, & extra
synagogam eiecerunt. Pro eo, quod
ueritatem costantissime fatebatur.

Principes sacerdotum, audientes Actu. 5.
uerba apostolorũ, de doctrina chri-
sti dissecabantur: & cogitabant in-
terficere illos, & cæsis denunciaue-
runt, ne amplius loquerentur in no
mine domini Iesu. Et illi ibant gau
dentes a conspectu concilij.

Audientes Iudæi beati Stepha- Actu. 7.
ni uerba, dissecabantur cordibus
suis, & strideban t dentibus in eum.
Et eijcientes eum extra ciuitatem,
lapidabant.

Multos et magnos habuit aduersarios beatus Paulus, pro uerbis ueritatis & sobrietatis quæ ipse hominibus loquebatur.

Act.9.

Item ad Galatas. Ergo inimicus factus sum uobis, uerum dicens?

De Mēdacio. Cap. LXVII.

Gen.3 PRimum mendacium fuit a serpente prolatum, quando dixit mulieri Nequaquam moriemini.

Sara timore perterrita, risus se mēdaciter excusauit.

Gen.18.

Etiam fornicatores mendacium dicere dedignantur. Sicut iudas qui dixit, Mendacij nos arguere nō poterit, Thamar (scilicet) cui hœdum promiserat.

Gen.38.

Mendacium obstetricum, quod dixerunt Pharaoni, filios Hebræorum iugulare nolētes, habuit remunerationem temporalē, & nō æternam: licet fuerit illud mendacium ualde compassiuum.

Exo.1.

Multoties Pharao uoluit decipe re Moysen per mendacia. Sed tamē nihil ei profuit. Ex. 9.10

Sedens & flens dixit populus in deserto, Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis. Num. 11

Callide cogitantes Gabaonitæ uoluerunt Iosue mendaciter decipe re. Sed ille bono usus est consilio, eosq; in seruitutem redigit, nec ini tum fœdus rupit. Iosue. 9.

Nunquam licet mendacium di cere, sed ueritatem licet. Et expedit quãdoq; tacere, sicut fecit Samuel, dicens, Ad immolandum domino ueni, Ad aliud enim facere princi paliter uenerat, & nihilhominus hoc facere proponebat. 1. Re. 16

Dixit Saul, seruos suos coniuras se aduersum se, quia non capiebant Dauid. Et dixit Dauit seruum suũ, insidiari sibi. ipse uero insidiaba tur ei. 1. Re. 22

Occiso unico de filijs Dauid, fa-
2.Re.13 ma peruenit ad ipsum Dauid dicẽs
Percussit Absalom omnes filios re
gis. Sic faciunt homines sæpe nun
ciando rumores.

Officiose mẽtitus est Chusai Ab
2.R.c.17. salõ dicens. Sicut parui patri tuo, pa
rebo & tibi.

Vir dei prædixit Hieroboã de-
3.Re.13. structionem altaris sui, qui per falsi
prophetæ mẽdacium seductus fuit,
& mandatum Domini præteriuit.

Duo falsi testes pro ducti contra
3.Re.21. Naboth, fuerunt causa dilapidati o-
nis eius.

Spiritus mendax in ore multorũ
3.Re.22 prophetarum decepit Achab, ut iret
ad pugnam. Et ibidem fuit percus-
sus ad mortem.

Per uerba, quę dixit Iudith Holo
Iudi.10. ferni decepit eum. Licet excusetur
propter intẽtionem, quam habuit.

Pessimum mendacium adinue-

nit Aman, ut possêt confundere Mardochæum, eo quod illum adorare nolebat. Esther. 3

Accesserunt ad Hieremiam principes et uulgus, quod remansit post destructionem Hierusalem, & dixerũt se facturos quicquid ille præciperet eis, siue bonum esset, siue malum. Sed largam promissionẽ male tenuerunt. Hie. 42.

Perniciosum & detestabile mendacium dixerunt duo presbyteri senes, aduersus Susannam. Quam tamen ex constantissima castitate commendare debebant. Dan. 13.

Antiochus Rex misit principes tributorum in ciuitates Iuda, & uenit in Hierusalem, & locutus est ad eos uerba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit super ciuitatem repente, & percussit eam plaga magna, perdiditq; populum multum. 1. Ma. 1.

Cum obsideret Antiochus Eu-
1.Mac.6 pator Hierusalem, ut posset capere
eam, misit ad illos, qui erant intus
pacem facere, & ceperunt illam, &
iurauit illis rex & principes, sed ru
pit citius iuramentum, & mãdauit
destrui murum.

Alchinus, q̃ uoluit fieri summus
1.Ma.7. sacerdos, dixit regi Demetrio. Per-
didit iudas & fratres eius amicos
tuos. Deinde, idem uenit in terram
iuda cum Bacchide, & miserũt nun
cios ad iudam & fratres eius, & lo-
cuti sunt uerbis pacificis in dolo, &
tãdem probatum est, quod nõ erat
in eis ueritas & iudicium.

Promisit Demetrius Ionathæ,
1.Ma.11 quod redderet ei arcam: sed cum li-
beratus fuisset per iudæos quos mi
sit ionathas, mẽtitus est Demetrius
omnia, quæcunq; dixit, & aliena-
uit sed a ionatha.

1.Ma.13 Misit Simon Tryphoni centum

talēta argēti, & duos filios Ionathę, pro liberatione ipsius, Quia promiserat Tryphon remittere Ionathā, si hoc fieret ei. Sed mētitus est Tryphon, quia argentum retinuit, et patrem cum filijs interfecit.

Mentiti sunt contra dominum Iesum Iudæi, præcipue scribæ & Pharisæi, qui magis inuidebant ei, dicentes eum esse potatorem, mendacem, uoracem, & prohibentem tributa dari Cæsari, gentis subuersorem, & turbarū seductorem, dæmoniacum, & blasphemum. Mat. 11. In euangelijs.

Nequissimum mendacium excogitauerunt iudæi, quando corruperunt custodes dominici sepulchri, ut dicerent, Quod discipuli de nocte furati fuerunt corpus domini. Mat. 28.

Ananias & uxor eius Saphira mentiti sunt Petro, de pretio agri uenditi. Quod mendacium fuit per Petrū grauissime uindicatum. Act. 15.

Act. 6. Iudæi statuerunt duos falsos te-
stes, contra beatum Stephanum di-
centes, Homo iste non cessat loqui
uerba aduersus sanctum locum &
legem.

Contra beatum Paulum multa
Act. 16. fuerunt adinuenta mendacia. Nam
isti quæstuarij qui habebant puellã
Phytonissam in Philippis, a qua ip
se spiritũ Phitonem eiecit, dixerunt
magistratibus ciuitatis, Hi homi-
nes conturbãt ciuitatem nostram,
cum sint Iudæi: & annuncient mo
rem, quem non licet suscipere.

Item apud Athenas dicebãt qui
dam: Quid uult spermologus hic di
Act. 17. cere? Alij dicebant, Nouorum dæ-
moniorum uidetur annũciator esse.

Rursus, in Hierosolymis quidã
Iudæi iniecerunt ei manus claman
Act. 21. tes, Viri Israelitæ, adiuuate. Hic est
homo qui aduersus populum & le-
gem & locum hunc omnes ubique

docet. Insup, & gẽtiles induxit in tẽ plũ, et uiolauit locũ istũ sanctum.

Postea corã Felice præside, Tertullius orator Iudæorum, dixit eũ hominem pestiferum, & concitantẽ seditionẽ Iudæis ĩ uniuerso orbe. Act. 24.

Præterea in Insula Mytilene, uidentes Barbari uiperam in manu Pauli pendentem, dicebant ad inuicem: Vtiq; homicida est homo hic, qui cũ euaserit de mari, ultio eum uiuere non sinit. Act. 28.

Testatur etiam Paulus de seipso, Aiunt quidam nos dicere, quemadmodum de nobis male loquuntur, Faciamus mala, ut eueniant bona. Rom. 3.

Et ad Corinthios, Epistolæ, inquit, quidam aiunt, graues sunt, at præsentia corporis infirma & sermo contemptus. 2. Co. 10

De proditione. Cap. LXVIII. 1. Re. 18. 19.

PAtiente Saule uexationem a dæmone, Dauid coram ipso psal-

lebat, & ille nisus eum configere pa
rieti cum lancea quam tenebat.
Saul promisit se daturum filiam
1.Re.18 suam Dauid, ut per hanc occasionē
possit a Philistæis occidi.
Saluauit Dauid habitatores Cei
1.Re.23. le, ab exercitu Philistinorum oppu
gnantium ciuitatem. Et tamen uo-
luerunt eum tradere Saul æmulo,
ipsum ad mortem persequenti.
Postquam Saul fleuerat, quasi do
leret de persequutione Dauid, &
1.Re.24 Dauid ei iurauerat, persecutus est
Dauid ita nequiter & acriter, sicut
prius fecerat.
Vrias detulit ad Ioab, ex parte
2.Re.11. Dauid, literas mortis.
Amnon filius Dauid, uocauerat
2.Re.13 sororem Thamar, quasi de manu il
lius cibum sumere deberet. Et po-
stea oppressit eam.
Vocauit ad conuiuium Absalon
Ibidem. Amnon fratrem suum, & ibidem

occidit eum.

Cum salutasset ioab Amasam, quasi osculari eum uellet, percussit eũ in latere & effudit itestina illius. 2 Re, 10

Zambri dux mediæ patris equitum, occidit Hela dominum suum, & regnauit post eum semptem diebus tantum. Obsessus enim fuit, & succendit se, & palatiũ in quo erat. 3. Re. 16

Sellum filius iabes, coniurauit contra Zachariam regem israel dominum suum, & interfecit eum & regnauit post eum uno mense tantum. 4. Re. 15

Cum oraret Sennacherib in tẽplo Deum suum, duo filij sui percusserunt eum, sed tamen neuter eorũ regnauit post eum. 4. Re. 19.

Quidam inimici Neemiæ, uoluerunt fœdus cum eo malitiose cõponere, & cogitabant ei facere malum, dederunt etiam pretium, ut eũ ducerent in peccatum. Neem. 6

Duo ianitores regis Ahasueri, q
Esthe. 2. in primo limite palatij residebant, uoluerunt in regem insurgere, & ipsum occidere.

Venit Ismael filius Nathaniæ, &
4. Re. ul. multi cum eo, & comederunt cum Godolia, quem præfecerat rex Babylonis terræ Iuda. Et post prādiū surrexerunt, et interfecerunt eū, qui nihil mali uoluerant credere contra illos.

Antiochus rex misit tributorum
1. Ma. 1. principem in ciuitate iuda, & uenit in Hierusalem & loquutus est illis, qui erāt intus, uerba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruunt sup ciuitatem repente.

Cū obsideret Antiochus Eupa-
1. Ma. 1. tor Hierusalem, nec posset eam capere, misit ad illos, qui intus erant, pacem facere, & receperunt illam. Iurauitq; eis rex; sed rupit citius iuramentum.

Ptolomæus rex Aegypti, quærebat obtinere regnum Alexandri generi sui dolo. Et cum intrasset ciuitates Alexādri cum magno exercitu, et reciperetur in eis honorifice de mandato Alexandri ponebat custodias militum in eis. 1. Ma. 11

Videns Tryphū, quod Ionathas uenit cum exercitu multo, iussit retinere paucos, & alios remitti. Et cum factum fuisset, captus est Ionathas cum mille, quos retinuerat, & alij sunt reuersi. 1. Ma. 12.

Cū ambularet Tryphō cū rege Antiocho adolescēte dño suo, dolo occidit eum, & regnauit loco eius. 1. Ma. 13

Ptolomæus filius Abobi, gener summi sacerdotis, fecit conuiuium Simoni, & duobus filijs eius. Et quum inebriati essent, occidit eos. 1. Ma. 16

Quū uenisset Appollonius Hierosolymam, simulans quieuit usq; ad diem sabbati, & tunc feriatis 2. Ma. 5.

Iudæis ingẽtem multitudinem peremit.

Audiens Iudas Machabæus, q𝑑
2.Ma.10 illi qui obsederant turres, ubi erant
inimici gentiles, pecuniam acceperãt, & quosdã abire ꝑmiserãt, illos
tãquã ꝓdi tores, et fratrũ uẽdi tores
ĩterfecit et cõfesti turres occupauit

Omnes alias proditiones, in ne-
Mat.26. quitia & peruersitate superat illa,
Mar.14. quam facinorosissimus Iudas con-
Luc.22. tra dominum procurauit. Qui do-
Ioh.18. minum & magistrum suum uendi
dit pro tantillo pretio. Etiam in manus hostium tradidit osculando.

Accesserunt quidã Iudæi ad prin
Actu 23 cipem sacerdotum & seniores, dicẽ
tes eis, Vt facerent quod Tribunus Lysias, qui Paulũ tenebat uinctũ, adduceret illum in medium, tãquã si essent de eo aliquid certius cognituri. Ipsi uero parati statim erant interfecere illum.

De adulatione. Cap. LXIX.

CHore & complices eius, cum Num. 16
stetissent aduersus Moysen & Aarõ, dixerũt, Sufficiat uobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus. In quo apparet, quod captabant beneuolentiam populi.

2. Re. 1
Adolescens narrans Dauid mortem Saul & filiorum eius, occisus fuit de mandato ipsius. Putabat autem se prospera nunciare.

2. Re. 4
Duo latrones, qui filiũ Saul Isboseth occiderunt, & caput eius Dauid attulerunt, placere crediderunt, sed Dauid bene ostendit, quod sibi displicuit.

Dicebat Absalom homini nego 2. Re. 15
tium habenti coram rege Dauid. Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est, qui te audiat, constitutus a rege.

Mali prophetæ dicebant Achab 3. Re. 22

regi Iſrael, de bello futuro proſpe-
ra, ſecuudum quod eũ uelle ſciebãt.

Poſt obitum Ioiadæ ſacerdotis,
2.Pa.24 principes Iuda adorauerũt regem.
Qui delinitus obſequijs eorum ac-
quieuit eis, & dereliquerũt templũ
dñi, ſeruieruntq; lucis & ſcultilib⁹

Aedificãtibus templum filijs Iu
dæ, poſt reditum de captiuitate, ho
1.Eſd.4 ſtes eorum ſcripſerũt regi. Nos me-
mores ſalis, quod in palatio come-
dimus, & quia læſiones regis uide-
re nephas ducimus.

Nabuchodonoſor dixit maiori-
bus natu, et ducibus bellatorum ſuorum.
Iudi.2. cogitationem ſuam eſſe, ut omnem
terrã ſuo ſubiugaret imperio, quod
cum placuiſſet omnibus &c.

Rex Ahaſuerus iratus contra Va
ſthi reginam, interrogauit ſapiẽtes
Eſth.2. conſiliarios ſuos, cui ſententiæ Va
ſthi ſubiaceret? Qui non temperaue
rũt regis furorem, nec excuſauerũt

absentem, sed unus respondit, cum indignatione dicēs, Regis iusta est indignatio.

Amici Aman & uxor eius nō aduertentes pessimum animum, quē habebat erga Mardochæum, nec increpauerunt eum, sed dixerunt, Iube excelsam parari trabem. Esth. 5.

Principes & Satrapæ Darij regis Persarum cupientes quod rex iniquum statueret decretū, proposuerunt aliquid, quod uidebatur pertinere ad honorem ipsius. Dan. 6.

Alchinus proditor impius, qui uolebat fieri sacerdos, dixit regi Demetrio, Perdidit Iudas & fratres amicos tuos. Sequitur postea. Qđ Alchinum hunc constituit rex in sacerdotio, & mandauit ei facere ultionem in filios Israel. 2. Ma. 7

Recedentibus discipulis Iohannis, cœpit dominus ipsum mirabiliter commendare, contra illos qui Mar. 11.

palam laudant, & occulte detrahũt.

Pharisæi uolẽtes capere Christũ
Mar. 22 in sermone, cœperunt magnas laudes ei dicere, Magister, scimus quia uerax es &c.

Vidẽs Herodes Agrippa rex ma
Actu. 12 gnus, quia placeret Iudæis in hoc, quod quosdam de ecclesia ceperat, & Iacobum fratrem Iohannis occiderat: apposuit apprehendere & Petrum.

Herodi nequissimo regi, qui occi
Ibidem. derat Iacobum, & incarcerabat Petrum, Populus acclamabat, Voces dei & non hominis.

Orator Tertullius, contra Paulum a principe sacerdotum adductus, in principio orationis adulatus est Felici præsidi.

De derisione & conuitijs. Cap. LXX.

Iudic. 8. VIri Sadoch et Samuel deriserũt Gedeonem, Zebec & Salmana

persequentem. Sed inde male eis ac
cidit qa male eos postea tractauit.
Contempsit Nabal uerba nūcio- 1.Re.25.
rum Dauid, stomacando dicens:
Quis est iste Dauid? Et quis est fi-
lius Isai? Hodie increuerunt serui,
qui fugiunt dominos suos.
Michol uidens regem Dauid sal 2.Re.6.
tantem ante arcam domini, despe-
xit eum, quia nudum eum uidit Et
postmodum insultando uel deridē
do, dixit: Quam gloriosus fuit ho-
die rex.
Derisorijs uerbis dixit impia Ie- 3.Re. 21.
zabel ad Achab: Grandis autorita-
tis, es & bene regis regnum Israel.
Quia pueri illuserunt Eliseo, dicē 4.Re.2.
tes: Ascende calue, duo ursi laceraue
runt quadragintaduos ex eis.
Cursores quos misit Hezechias,
pergebant uelociter de ciuitate in 2.Par. 3.
ciuitatem: prædicantes ut filij Israel
reuertantur ad dominum. Illis irri-

dẽtibus uero ac subsannãtibus &c.

Mittebat dominus ꝑphetas quo
2.Pa.36 tidiæ commonens eos, quod parce
rent populo & habitaculo suo. At
illi subsannabant nuncios, domini,
& parui pendebant sermones eius,
illudebantq; prophetis.

Sannaballat & Tobias audierũt
Nee.3.4. quod ædificabantur muri Hierusa-
lem, & irridebant ædificantes.

Excæcato Tobia, parentes & co-
Tob.2. gnati eius irridebant uitam eius, di
cẽtes. Vbi est, spes tua, pro qua elee
mosynas & sepulturas faciebas?

Videns Nicanor holocausta, quę
1.Ma.7. offerebantur a Iudæis pro rege, irri
dens spreuit eos, & loquutus est su
perbe, & iurauit in ira.

Antiochus crudelis tyrannus, ex
1.Ma.7. uerbis septimi fratris accensus ira,
in illum super omnes crudelius de
sæuit, indigne ita ferens derisum se.

Derisus fuit multipliciter domi-

nus Iesus, ut infra patebit Cap. de Patientia.

Quidam Iudæi uidentes discipulos domini loquētes uarijs linguis, post infusionem spiritus sancti, irridebant, dicentes: Quia musto pleni sunt uiri isti. Act. 2.

Cum audissent Athenienses resurrectionem mortuorum, quā annunciabat Paulus, quidam irridebant, quidam uero dixerunt, Audiemus te de hoc iterum. Actu. 17

De detractoribus & maledicis. Caput. LXXI.

IMpie detraxit Ioseph innocenti & pudico domina eius apud uirum suum. Gen. 39

Cui dubium est quod pessime cogitetis, dixit Pharao Moysi. Per quod patet, pessimos hostes quandoque uiris optimis iniqua impositione & falsa, cum multa audacia affirmare. Exo. 10

Loquuta est Maria & Aaron cō
Nū. 12. tra Moysen, modica occasione assumpta. Sed cito sequuta est ultrix pœna.

Num. 14 Detraxerunt filij Israel terræ promissionis: in malum suum.

Num. 26 Occasione seditionis Chore & complicum suorum, fuerunt multi terribiliter occisi. Et post murmurauit multitudo contra Moysen & Aaron. dicens: Vos interfecistis populum domini.

Num. 23 Quanuis esset malus Balaam, tamen dixit, Quod nequaquam malediceret populo, cui benedixerat dominus. Et quo ad hoc Multi inueniūtur deteriores illo, qui libentius & frequentius maledicunt, & detrahūt tam bonis, quam peruersis.

Saul fuit in principio ualde bonus, & tamen dixerūt quidā filij Be
1. Re. 10 lial, Vnde saluare nos poterit iste?

Occasione

Occasione Doged Idemæi, referētis Saul, qđ Abimelech sacer dos cōfortauerat Dauid: occidito ctoġita quinq; uiros, portātes Ephot, & multos alios paruulos & mřes 1. Re. 22

Satrapæ Philistinorum prouocauerūt apud Achis regē Geth, quod Dauid qui iudicio eius bonus erat, fuit amotus de honesto officio, in quo ipsum posuerat. 1. Re. 29

Adolescentē nar rantē Saul & filioꝝ eius mortē, iussit Dauid interfici, cū putabat illi ꝓspera nūciare. 2. Re. 1.

Principes filiorum Amnon, dixerunt ad dominum suum, Putas quod propter honorem patris tui Dauid miserit ad te consolatores? Et sic peruerterunt simplicem & puram intentionem Dauid. 2. Re. 10

Absalon ambiens regnum dicebat habēti coram se negotium, Nō est qui te audiat cōstitutus a rege. 2. Re. 15

Siba seruus Mephiboseth, nequi 2. Re. 16

ter detraxit dño suo apud Dauid. Et fides unius cito fuit adhibita prauis illius uerbis.

1. Esd. 4. Aedificãtibus tẽplũ filijs Iuda, q̃ redierãt de Babylone, hostes eorũ iniquã miserunt epistolã Artaxerxi regi, ut opus faceret intermitti.

Tob. 3. Cum Sara filia Raguelis, unã de ancillis increparet pro culpa sua, respondit: Amplius ex te non uideamus filium, aut filiam sup terram, interfectrix uirorum tuorum.

Esd. 2. Occasione solius Mardochæi, q̃ supbissimũ Amã adorare nolebat: ipse Amã suggessit regi Ahasuero, quod populus Iudęorũ regis iussa contẽneret, & per totũ regnũ discordias seminaret. Ita quod oẽs fuerũt adiudicati morti sed diuina pietas de eorum liberatione prouidit.

Hie. 38. Quia Hieremias prædicabat capiẽdam esse ciuitatem Hierusalem a Chaldæis, dixerunt principes po-

puli Sedechiæ regi, Homo iste non q̄rit pacē populo huic, sed malum.

Accedentes uiri Chaldæi, accusa uerunt Iudæos, dicentes Nabucho-donosor regi, Quod socij Danielis non adorabant deos illius, & essent transgressores regij decreti. Dan. 3.

Pricipes et Satrapę Darij regis per sa፨, inuidētes Danieli, accusauerūt eū apud regē, q̄a ipse oraret et obse craret aliū deū q̄ ipsum regē Dariū. Dan. 6.

Duo illi senes presbyteri conati sunt Susannam turpiter infamare. Sed deus eam mirabiliter per absti nentem puerum liberauit. Dan. 13.

Alchinus uolebat. fieri summus sacerdos, & quidam alij iniqui dixe runt regi Demetrio, Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos, & nos disperserunt de terra nostra. 1. M. 17.

Cōuenerunt aduersus Ionathan uiri pestilentes ex Israel, ut interpel larent regem Alexandrum aduersus 1. Ma. 1[0]

eũ,& non intendit ad eos rex.

Simon de tribu Beniamin,p̃posi
2.Ma.3. tus templi,uenit ad Appollonium,
& dixit: Aerarium pecunijs innu-
merabilibus esse plenum.

Prædictus etiam Simon.male lo
2.Ma.4. quebatur de Onia prouisore ciuita
tis,ac defensore gentis suæ,& ęmu-
latore legis dei, audebat insidiato-
rem regni dicere.

2.Ma.14 Veniens ad regem Demetrium
Alchinus, dixit inter cætera: Quã
diu Iudas super est, impossibile est
pacem dare negocijs.

Vidẽtes Pharisæi dominum di-
Mat.9. scũbentem in domo Matthæi, dice
bant:Quare cum publicanis & pec
catorib⁹ mãducat magister uester?

Simile accidit de Zachæo, mur-
Luc.19. murabant, quod apud hominẽ pec
catorem diuertisset.

Ma.11. De Ioãne Baptista multũ ieiunã
te,dicebãt quidã,Demoniũ habet.

De domino autem Iesu, cū pec- Eodem.
catoribus comedente, dicebant: Ec
ce homo uorax & portator uini, pu
blicanorum & peccatorū amicus.

Viso miraculo de cæco, per do- Ioan. 9.
minū Iesum illuminato, Pharisæi
detractarunt domino, dicētes: Nos
scimus, quia hic homo peccator ē.
Et maledixerunt homini illi, & di-
xerunt, Tu discipulus eius sis. Quæ
quidem maledictio sit super uos, et
super filios uestros.

Scribæ & Pharisæi detractarunt
domino, dicentes: Eum esse Samari
tanum, dęmoniacum, blasphemū,
peccatorem, potatorem, uoracem
mendacem, prohibētem tributa da
ri Cæsari, gentis subuersorem, po-
puli seductorē. Hæc omnia possunt
ex diuersis locis euangeliorum hri.

Non ualentes Iudæi resistere sa- Actu. 6.
pientiæ Stephani, & spiritui, qui lo
quebatur per eum, adduxerunt in

consilium duos falsos testes, dicen tes: Homo iste non cessat loqui ad- uersus populum, legem & locum.
Act. 16. Quidā q̄stuarij dolētes, q̄d amise rāt quæstū suū, eo quod Paulus eie cerat spiritū Phytonē a quadā puel la, quā illi hēbant, dixerūt magistra tibus: Hi hoīes conturbant ciuitatē nostram. Et ad uerba eorꝫ praua cō currit plebs aduersus illos, & scissis uestibus eorum iussi sunt uirgis cæ di, & in carcerem mitti.
Act. 18. Gallione proconsule Achaiæ exi stēte, insurrexerūt uno aīo Iudæi cō tra Paulū, et adduxerūt eū ad tribu nal dicētes: Quod cōtra legē homo hic persuadet hoībus colere deum.
Act. 19. Apud Ephesum, quum quidam indurarentur, & non crederent, ma ledicentes uiam domini corā multi tudine, discedens ab eis Paulus, se gregauit d isciplulos.
Act. 21. Quidam Iudæi de Asia, uidentes

Paulum in templo, clamauerũt, Viri Israelitæ, adiuuate, hic est homo qui aduersus populum & legem & locum hunc, omnes ubiq; docens, insuper & gentiles induxit in templum, & uolauit sanctum locum istum.

Corã Felice præside, proposuit contra Paulum, Tertullius Orator pro Iudæis dicens: Inuenimus hũc hominem pestiferum, cõcitantem seditiones, omnibus Iudæis in uniuerso orbe, & autorem seditionis, sectæ Nazarenorum, qui etiam templum conatus est uiolare. Act. 24.

Disputãte Paulo apud Athenas, quidam Epicuræi & Stoici Philosophi dicebant: Quidnã uult spmologus hic dicere? Alij uero, Nouorum dæmoniorum annunciator est. Act. 17.

Barbari uidentes uiperam pẽdentem in manu Pauli, dixerunt: Vtiq; homicida hic est, qui cum euaserit Act. 28.

de naui &c. Sed cito postea opinio nem mutauerunt.

De liberalitate, & misericordia, & largitatè. Cap. LXXII.

Gen. 24 REbecca filia Batuel, ualdè libe raliter respondit famulo Abra æ hdicẽs Bibe domine mi.

Liberaliter egit Moyses defendẽ

Exod. 2. do filias Iethro a pastoribus, q eas adaquare pecora non sinebant.

Audiẽs Moyses quod socer suus

Exo. 18. Iethro ueniret ad eum, egressus est in occursum eius, & ipsum multiplicirer honorauit.

Filij israel mente promptissima

Exo. 36 atq; deuota obtulèrunt, ad faciendũ opus tabernaculi, & quicquid ad cultum & uestes sanctas erat necessarium. Et sequitur, Artifices compulsi dixerunt Moysi, Plus offert poplus, quam necessarium est.

Petijt Moyses a rege Edom, Ob

Num. 20 jecram us, u t nobis transire liceat p

terram tuam, non ibimus per agros, nõ per uineas, nec bibemus aquas de puteis.

Gedeon petijt a uiris Sochot & Phanuel, panes pro commilitionibus fatigatis, qui dare renuerunt. Sed male utique accidit ei. Iudic. 8.

Nabal illiberaliter se habuit ad Dauid petentem aliquid sibi dari. 1. Re. 25.

Obtenta uictoria de Amalechitis, Dauid misit dona de præda senioribus Iuda primis suis, dicens: Accipite benedictionem. 1. Re. 30.

Præcepit Dauid ut Mephiboseth comederet panem in mẽsa sua semper, & totam domum Saul dedit ei. 2. Reg. 9

Fugienti Dauid a facie Absalon, Sobi & Machir, & Berzillai obtulerunt ei multa exercitui necessaria, frumentum, hordeum, farinam. 2. Re. 17

Qui Berzillai astitit Dauid, quãdo fugiebat Absalon filium suum, 2. Re. 19

obtenta Dauid uictoria, retinuit fi
lium illius de familia sua.

Regina Saba multa obtulit Salo
moni, & Salomõ dedit omnia quæ
3. Re. 10 petijt, exceptis his quæ ultro obtu
lit illi munere regio.

Quidam boni uiri de Israel capti
uos Iudæos uestierunt, & illos qui
2. Pa. 28 ambulare non poterãt imposuerũt
iumentis, & duxerunt ad fratres eo
rum.

Rex Cyrus protulit uasa templi
1. Esd. 1. domini, quæ tulerat Nabuchodo
nosor, & remisit ea i Hierusalẽ. Fue
runt autem uasa aurea, & argentea
quinque milia quadraginta.

Redeuntes de Babylone filij Iu
da, obtulerunt sponte secundum ui
1. Esd. 2. res suas, ad extruendam domum
domini.

Præcepit rex Darius, ut ædifica
1. Esd. 6. retur in Hierusalem domus dei, &
darentur sumptus de arca regis, li

cet quidam æmuli opus impedire per literas laborarent.

Gloriosam & liberalem episto- 1.Esd.7.
lam dedit Artaxerxes rex Esdræ sacerdoti, uenienti in Hierusalem ad consolandum Iudæos.

Rex Artaxerxes liberaliter se ha- Nee. 2.
buit ad Neemiam uenientem in Iudæam, & dedit ei epistolas, quales petierat.

Neemias ualde liberalis legatus, Neem. 5
qui populum annona & exactionibus non grauauit, & his ad quos uenit, plurima bona fecit.

Tobias omnia quæ habere pote- Tob. 1.
rat, cum captiuis fratribus, qui erãt de genere suo, impartiri studebat, esurientes alebat, nudisque uestimenta præbebat.

Raguel tradidit Tobiæ iuniori Tob.10.
substantiam suam usque ad dimidium, ad Saram filiam suam.

Tobias iunior, multũ fuit grat⁹ Tob.12.

Raphaeli, quē hominem putabat, et ualde bene recognouit beneficia, quæ ad eo receperat. Et exinde pater & filius mediā partem omniū bonorum illi liberaliter obtulerūt.

Esther. 2 Rex Ahasuerus iussit præparari conuiuium per magnificum, pro coniunctione & nuptijs Esther, & dedit requiem uniuersis ꝓuincijs, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem.

Esthe. 5. Vidēs Esther reginam, rex Ahasuerus dixit ei. Quid uis Esther? Quæ est petitio tua? Et si dimidiā partem regni petieris dabitur tibi.

Esthe. 6. Quæsiuit rex Ahasuerus quantū honoris ac præmij consecutus esset Mardochæus pro fide, quam erga ipsum seruauerat. Cumq; intellexisset eum nihil accepisse mercedis, fecit eum magnifice honorari.

Iob. 1 Filij Iob facientes cōuiuia, unusquisq; in die suo, uocabat sorores

ſuas, ut comederent & biberent cum eis.

Pium & miſericordem ſe fuiſſe ad pauperes, oſtendit beatus Iob, dicens: Cor uiduę conſolatus ſum, pater eram pauperum. Idem, Si comedi buccellam meam ſolus, quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio. Iob. 29. & 30.

Magr̃ militiæ regis Babylonis, dedit cibaria & munuſcula Hieremiæ, & dimiſit eum quocunq; uellet ire, promittẽs ei multam humanitatem, ſi uellet pergere cũ eo Babylonem, & nihilominus dedit ei liberam facultatem remanendi. Hie. 40

Seleucus Aſiæ rex de hæreditatibus ſuis, tempore Onię ſummi põtificis, p̃ſtabat omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes. 2. Ma. 2.

Apertis theſauris ſuis, nõ paruis loculis, in quibus oboli reponũtur, Mat. 2.

obtulerunt Magi domino pauperi, Aurum, Thus, & Myrrham.

Mat. 19. Magnificus & largus remunerator dominus eſt, qui relinquētibus propter eum temporalia bona, reddit centuplum in hoc ſeculo, & uitam æternam in futuro.

Ma. 12. Luc. 6. Ex pia liberalitate proueniebat, qđ dominus diſcipulos ſpicas uellentes ſabbatis, & manibus confricantes, cōtra Phariſæos maledictos defendebat.

E fonte liberalitatis dimanat, quod dominus peccatores ad conueſcendum, ad colloquendum, & oſculandum admiſit de populo, ut patet in Matthæo. 9. & Lucæ. 5.

Lucæ. 15 19. & . 7. Ma. 26. Mar. 14 Item & de illis publicanis peccatoribus, qui appropinquabant ad eum ut audirent illū. Et de Zacheo. Lucæ. 19. Exemplum quoq; de Maria, quæ oſculabatur pedes eius. Itē & de Iuda, propter quod benignita

tis signum infelix citius resipiscere debuisset.

Sequutæ sunt turbę pedestres dominum Iesum, de ciuitatibus in desertum. Vespere autem facto dixerunt ei discipuli: Dimitte turbas, ut euntes emant sibi escas. Mat. 4.
Ipse uero tanquam liberalis, respondit: Date illis uos manducare.

Distruendo & restituẽdo largus fuit Zachæus, cum dixit ad dominum, Ecce, dimidiũ bonorũ meorũ Dñe, do pauperibus. Et si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Luc. 10.

Donum pauperculæ uiduæ, quæ misit duo æra minuta in Gazophylacium, præfertur a domino muneribus diuitum. Luc. 21

Valde liberalis fuit dominus latroni pendenti & petenti, Memento mei, cũ ueneris in regnum tuũ. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23.

Benignitatem & liberalitatem
Ioan. 2. dignatus est dominus ostendere, quando uocatus ad nuptias pauperes, iuit, & ibidem aquam in uinũ conuertit, ut exhilaret pauperes discumbentes.

Magna dei liberalitas apparet in illa similitudine de seruo nequã,
Mat. 8. cui dixit dominus, Omne debitum dimisit tibi, quoniam, rogasti me.

Ioses, qui cognominatus est Bar
Act. 4. nabas, cum haberet agrum, uendidit illum, & attulit pretium & posuit ante pedes apostolorum.

Audientes discipuli, qui erant Antiochiæ, quod fames futura erat
Actu. 11 in uniuerso orbe, proposuerunt in ministerium mittere habitantibua fratribus iu Iudæa. Quod & fecerunt, mittentes per manus Barnabæ & Saulis.

Act. 10. Qædam mulier purpuraria nomuLydia, baptizata ad prædica

tionem

tionem Pauli ualde liberaliter & deuote rogauit, imo coegit Paulũ & socios suos manere in domo sua.

Cum euasissent Paulus & socij de naui fracta tempore hyemali, Barbari non modicam humanitatem præstabant eis. Accensa enim pyra reficiebãt eos, propter imbrẽ, qui imminebat & frigus. Act. 28.

Publius princeps insulæ Mitylenæ, ad quã Paulus & socij eius post tempestatem uenerunt, suscipiens eos, triduo benigne se eis exhibuit. Paulus autem patrem eius febrib9 & dysenteria laborantem sanauit. Eodem.

Apparet Paulum erga pauperes ualde liberalem fuisse, quorum negotia tam solicite procurabat, ut patet de collectis, quas diligentissime fieri faciebat. Si dignum fuerit, ut ego eam, mecum ibunt, ait. Et qui parce seminat, parce metet. 1. Co. 16

Miræ liberalitatis & gratitudi-

Ad Philemonē. nis fuit exemplar in Paulo, qui pro quodã Onesimo seruo Philemonis fugitiuo scripsit literas, tã affectuosas & efficaces & deuotas, ut patet in epistola, Si habes me socium, ait, suscipe illum, sicut me, Si autem qd nocuit aut debet, mihi imputato.

De auaritia. Cap. LXIII.

Gen. 4. MVlta potest notari philargia in hoc quod Cain cũ prosperari uidit fratris bona, eundem fratrem suum occidit.

Eodem. Cain primus legitur ædificasse ciuitatem: sed non Abel, quia sancti non habent hic manentem ciuitatẽ, sed futuram inquirunt, ut testatur apostolus Heb. 13.

Gen. 13. Propter multam substantiã, quã Abraham et Loth habebant, nõ potuerunt pariter habere. Et cœperũt pastores eorum adinuicem litigarẽ.

Abundantia bonorum temporalium frequenter est occasio grauiũ

peccatorum, ſicut patet de Sodomi tis peccatoribus peſſimis. Gen. 19.

Poſtquam creuerat Iſaac, & locu pletatus fuerat, paſtores ſui, & uicinorum ſuorum iurgari cœperunt. Gen. 26

Odium auaritiæ plus quam cæterorum uitiorum debẽt habere iudices & prælati. Ideo ſignanter dicit Iethro de iudicibus, Qui oderũt auaritiam. Exo. 18.

Pauci ſunt hodie Clerici, qui faciunt oblationes ſuperfluas prohiberi, ſicut fecerunt illi qui operibus tabernaculi præſidebant. Exo. 36.

Nuncij Balaac perrexerunt ad Balaam habentes donationes & pretium in manibus, & ita fuit cupiditate corruptus. Nũ. 22.

Tribus Ruben & Gad, & trib⁹ Manaſſe dimidia, quia habebãt ſubſtantiam multam, & pecora, noluerũt tranſire Iordanem, ſed in terra, Nũ. 32

alendis gregibus apta, cõtenti sunt habitare, atq; accipere portionem.

Cupiditate seductus Achior, de
Iosue.7. Anathemate Hierico sumpsit: sed ꝓ illo lucro damnum terribile reportauit.

Pro pecunia a Philistæis promis-
Iudic.16 sa, Dalida Samsonem uirum suum eis tradidit.

De filijs Samuel dicitur, Declina
1.Re.8 uerunt post auaritiam, acceperũtq; munera, & peruerterunt iudicium.

Præcipua causa, uel occasio re-
1.Re.15 probationis Saul, uidetur fuisse cupiditas, quam habuit ad prædam Amalech. Vnde dixit ei Samuel. Quare non audisti uocem domini? sed uersus ad prædam es, & fecisti malum in oculis dñi.

Nimis tenas fuit Nabal erga Da
1.Re.25. uid aliquid petentem dari sibi, propter quod fere totam substantiam & personam amiserat, nisi fuisset

Abigail uxor sua.

Semei exiuit de Hierusalem contra prohibitionem Salomonis, ad requirendum seruos suos, qui aufugerant: & ob hanc causam fecit eũ Salomon occidi. 3.Re.6.

Vinea Naboth, quam concupiuit Achab, fuit causa uel occasio, quare duo falsi testes fuerint cõtra eũ producti, & ille iussus ē lapidari. 3.Re.21.

Quia Gihezi accepit a Naamã, id quod Elisæus recusauerat, lepra percussus fuit. 4.Re.5.

Tempore Neemiæ erant aliqui ex optimatibus, ita usuris oppressi quod uolebant filios suos & filias suas uendere in seruos & ancillas. Sed Neemias illos diuites grauiter & uiriliter increpauit. Neh.5.

Obtenta uictoria de Arphaxath rege Mædorum, Nabuchodonosor rex Assyriorum statim regna alia omnnia concupiuit. Iudit.2

Dixit Iudas Machabæus com-
1. Ma.4. militonibus suis. Non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos est, & Gorgias & exercitus eius in monte prope nos &c.

Ptolomæus rex Aegypti, uitupe-
1. Ma.11 rauit Alexandrum generum suum: propterea quod concupierat regnũ, cum Alexander eum honorifice suscipisset.

Aduersus Oniam & ciuitatẽ sanctam, concitauit Simõ de tribu Be-
2. Ma.3 niamin Appollonium & Regem Antiochum, dicẽs: Aerarium pecunijs innumerabilibus esse plenum.

Menelaus per argentum, quod promisit Antiocho, obtinuit summum sactrdotium. Demum per ua-
2. Ma.4. sa aurea, de tẽplo furtiue ablata, quæ dedit Andronicho, fecit Oniam occidi. Tandem accusatus apud regẽ Ptolemæum, corrupit eum per pe-

cuniam, & contra accusatores fecit ferri mortis sententiam.

Idem nequam Menelaus, ꝑpter eos qui in populo erãt ad auaritiã, permanebat in potestate, crescẽs in malitia, & ad insidias ciuium. Eodem.

Cum quidam Iudæi de mandato. Machabæi obsiderent duas turres, in quibus erant inimici gentiles, accepta pecunia, quosdam effugere dimiserunt, quos Machabęus tanquam proditores & fratrum uẽditores interfecit. 2. Ma. 10

Post bellum contra Gorgiã cõmissum, uenit Iudas Machabæus cum suis, ut prostratorum corpora sepeliret. Inuenerunt autem sub tunica interfectorum de denarijs Idolorũ, a quibus lex prohibet Iudæos. Ob hanc ergo causam creditum est eos corruisse. 2. Ma. 12

Adolescens qui quæsiuit a domino, quõ posset habere uitã æternam Mat. 19.

multas habebat possessiones. Et idcirco abiit tristis, cum audiuit consilium perfectionis.

Sacerdotes Iudæorum uolentes, quod populus frequenter offerret,
Mat. 21 permittebant quod ea quæ offerri poterant, uenderentur in tẽplo. Hac etiam de causa dicebatur aurũ templi sanctius esse templo, et donum, quod erat super altare, maioris esse reuerentiæ, quam ipsum altare.

Cupiditas, uel libido lucrandi, uidetur fuisse principale motiuum,
Mat. 26 quare Iuda tradidit dominum, hinc ait: Quid uultis mihi dare?

Per pecuniam fuerunt corrupti custodes dominici sepulchri, ut mẽ
Mat. 28 tirentur dominum a discipulis suis de nocte furtiue fuisse sublatum.

Dominus Iesus legislator uerus, noluit se intromittere, de diuisione
Luc. 12 hæreditatis terrenæ, cum esset super hoc requisitus.

Contra eos qui bona tempora- Eodem.
lia congregant, & multo tempore
multis delectari putãt diuitijs, pro
posuit dominus similitudinem de
diuite, cuius ager uberes fructus at
tulit.

Contra diuites edaces, & uesti- Luc. 16.
bus preciosis & delicatis utentes,
qui ad reuelandam indigentiã pro-
ximi sunt tenaces & parci: ponit do
minus exemplum de diuite epulo
ne. Et nota, quod non parabola, sed
historia fuisse uidetur. Item nota: si
ita præmitur ille qui non dedit pro
pria, quid fiet de illis, qui rapiunt
aliena?

Excusauerunt se, ne irent ad ma- Luc. 14
gnam cœnam, ad quã uocati erant,
emptores boum & uillarum (scili
cet) mobilium & immobilium pos
sessionem. Quia sæpe per talia ho-
mines a cælesti gloria retrahũtur.

Pharisæi qui erant auari, audien Luc. 19.

tes monitiones domini, quod debe rent facere amicos de Mammona iniquo, deridebant ipsum.

Nimis terribiliter fuit punita Actu. 5. auaritia Ananiæ & Saphiræ, qui de precio agri uenditi partẽ retinuerũt

Quidam quæstuarij, habẽtes unã puellam Phytonissam, a qua Paulus eiecit dæmoniũ, uidentes quod amiserant quæstum suum, apprehẽderunt Paulum & Silam sociũ eius & duxerunt eos ad principes ciuitatis, accusantes eos, quod ciuitatem turbarent, et mores illicitos nunciarent. Magistratus autem scissis illorũ tunicis, fecerũt eos cædi, et in carcerẽ mitti, & cũ diligẽtia custodiri.

Paulo Apud Ephesum existente, Actu. 19 & multa miracula ibi faciente, Demetrius quidam argentarius, faciẽs ædes argenteas Dianœ, præstabat artificibus non modicum quæstũ. Quos conuocans, dixit: Quod Pau

lus suadebat & auertebat populum a cultu deorum, dicens: Quoniā nō sunt dij, qui manibus fiunt: sed dæmonia. Et ita turbauit ciuitatem, quod impleta est confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum rapto Gaio & Aristarcho comitibus Pauli.

Cum esset Paulus apud felicem præsidem, uinctus a Iudæis, tāquā homo seditiosus & pestifer accusatus, Sperabat Felix quod pecunia ei daretur a Paulo. Propter quod frequenter accersens eum Felix, loquebatur cum eo. Et quia non ita fuit factum, ipē iudex mitius non absoluit eum, sed reliquit eum Festo successori suo uinctum. Actu. 24

De pauptate. Cap. LXXIIII. Gen. 28

PAtriarcha Iacob recedens a parentibus suis, & iens ad Laban fratrem suum matris, nec animal, nec famulum legitur habuisse,

ſed in baculo ſuo trãſiit Iordanem. Et quidam uice uolens requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus, & ſupponẽs capiti ſuo, dormiuit in eodem loco.

Moyſes paſcebat oues Iethro ſo-
Exo. 3. ceri ſui ſacerdotis Madiã. Per quod uidetur, quod proprias non habebat, qui paſcebat alienas.

Ruth Moabitis, non magnis diuitijs abundabat, quãdo ibat ad col-
Ruth. 2. ligendum ſpicas, quæ metentium manus fugerãt, quæ ad manus pauperum pertinebant.

Vno puero contentus Saul, iuit
1. Re. 9. ſatis longe ad quærẽdum aſinas patris ſui. Vnde ipſe Saul dixit poſtea Samueli, quod cognatio ſua erat minima inter omnes familias tribus Beniamin.

Minimus erat Dauid inter filios
1. Re. 16 patris ſui, ita quod qñ Samuel uenit
17. ad inungẽdum unum ex filijs Iſai,

Dauid erat in paſcuis, nec in principio uocatus fuit, quaſi nullius eſſet reputationis. Deinde, cũ fratres eius eſſent in exercitu, miſit eum pater ſuus onuſtum uictualibus, ad deferendum illis.

Magnam penuriam patiebatur 3.Re.17.
Helias, quando petijt a uidua Sareptana, ut daret ſibi paululum aquæ, & buccellam panis.

Filij prophetarum ſub Eliſeo, in 4.Reg.4
magna paupertate uiuebant: qui parum de pane & in ſipidum pulmentum habebant.

Hanna uxox Tobiæ, ibat ad tex To.2.4.
trinum opus quotidie. Per quod uideтur illos pauperes fuiſſe qui nec ipſum inſtrumentum ad texendum poſſent in domo ſua tenere. Vnde Tobias filio ſuo dixit, Noli timere fili mi, pauperem quidem uitam gerimus &c.

Filij Rechabitarum domos non Hie. 35.

ędificabant, semen non serebant, uineas non habebant, uinum non bibebãt, nec ĩ tabernaculis habitabãt.

De plebe pauperũ, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabusaradã in terra Iuda. Pauperibus ergo pepcit, diuites & potentes occidit, uel captiuos in Babylonem duxit. Hie. 39.

Exẽplum paupertatis amandæ, habemus in domino saluatore, qui fuit de paupere Matre natus, & a paupere fabro nutritus decenter pastus, fuit pannis non pellibus inuolutus, & in præsepio inclinatus, & post in purificatiõe uirginis gloriosæ, oblationem pauperũ, parẽtes pro eo in templo obtulerunt. Luc. 2.

Item cito post, Ioseph cum puero & matre eius, fugit in Aegyptũ. Mat. 2.

Quum factus esset puer Iesus annorum duodecim, remansit in Hierusalem, ignorante Maria et Ioseph Per quod apparet, quod magnam Luc. 2.

familiam non habebant ad associã
dum puerũ, uel ad ei seruiendum.

Circuiens Iesus ciuitates & castella, non habebat ubi caput reclinaret, unde ait, Vulpes foueas hñt &c. Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Mat. 8.

Et ĩ fine, nudus appẽsus ẽ in cruce Ioa. 19.

Discipuli, ꝑ maiori parte de statu paupertatis fuerunt assumpti, Iacobus & Iohannes reficiebãt retia. Et Luc. 3. lauabant retia. Mat. 14.

In sermone domini in mõte, primum ponitur cõmendatio paupertatis: quasi ipsa esset totius spiritualis ædificij fnndamentum. Luc. 6. Mat. 5.

Inter cætera Christi miracula ponitur unum, quod pauperes euangelizabantur, eo quod ante aduẽtum ita fieri non solebat. Mat. 11.

Adolescenti de ingressu ad uitã æternam quærenti dixit Domiuus, Si uis esse perfectus, uade & uende Mat. 19

uniuersa quæ habes, & da pauperibus.

Mirã remunerationem promit-
Ibidem. tit dominus, omnia derelinquentibus, propter nomen ipsius.

De illo famoso paupere Lazaro,
Luc. 15. in sinu Abrahæ ab angelis deportato, nullum aliud iustitiæ opus, uel causam gloriæ scriptura allegare uidetur, nisi quod ipse receperat mala in hac uita mortali: Et ideo deus uoluit eum consolari in alia.

Pauperes & debiles ad cœnam
Luc. 14. illam domini magnam fuerunt inducti, imo & quidam de ujs & sepibus leguntur ibi fuisse compulsi.

Omnes qui credebant in primi-
Actu. 2. tiua ecclesia, erant pariter, & habebant omnia communia, possessiones & substantias uendebant omnibus prout cuiq; opus erat.

Petrus dixit claudo pauperi elee
Actu. 3. mosynam petenti, Argentum & aurum nõ

rum nõ

rum non est mihi &c.

Vale dicens Paulus fidelibus de Achaia dixit inter cætera, Argentũ & aurum, aut uestem nullius concupiui, ipsi scitis. Quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Esurimus & sitimus & nudi sumus, fame & siti & frigore &c. Act. 20.

De Hypocrisi & simulatione.
Caput. LXXV.

AMnon filius Dauid, simulauit languorem, ut posset decipere Thamar quam libidinose amabat. 1. Re. 13

Vxor Hieroboam mutato habitu, uenit ad Adiã prophetam cui ille dixit, Quare aliam te simulas? 3. Re. 4.

Gihezi famulus Elisei, simulauit dominum suum indigere duplici ueste, pro duobus adolescentibus ex filijs prophetarum. 4. Re. 5

Quum uenisset Apollonius Hierosolymam missus ab Antiocho pa 2. Ma. 5.

cem simulans, quieuit usque ad diem Sabbati, & tunc feriatis Iudæis, arma suis capere præcepit, & omnes q ad spectaculũ uenerãt, trucidauit.

Prou. 8. Quanuis diuina sapiẽtia generaliter impium detestetur, tamen specialiter hypocritis cõminatur multoties in euangelio, dicens, Væ uobis Pharisæis. Pharisæis uolẽtibus caperẽ iesum in sermone rñdit increpãs eos, Quid me tẽtatis hypocritæ?

Ioh. 18. Quidam sunt qui magna scelera perpetrant, & modica peccata deuitant, excolantes culicem, & camelũ glutientes: Sicut principes sacerdotum qui magis timuerunt intrare prætorium Pilati, quam nequissime procurare crimen homicidij.

Luc. 13 Archi sinagogus indignãs, quia dominus sabbato curaret, dicebat turbæ, Sex dies sunt, in qbus oportet operari, in his ergo uenite & curamini, & non in die sabbati. Dñs

autē illum arguit, hypocritā uocās.

Malam hypocrisim cōmiserunt Actu. 5
Ananias, & uxor eius Saphira, simu
lans se totum agri pretium attulisse,
& ad pedes apostolorum posuisse.

Quanuis Simon magus credidis Actu. 8.
set in prædicatione Philippi, Petrus
dixit ad eum, non est tibi sors in ser
mone isto. Cor enim tuum non est
rectum coram domino. Pœnitētiā
itaq; age &c. Respondens autem Si
mon dixit, Præcamini uos pro me.

Elymam magum grauiter nota- Actu. 13
uit Paulus de hypocrisi & falsitate,
dicens, O plene omni dolo & om-
ni fallacia, fili diaboli: & inimice
omnis iustitiæ, non desinis domi-
ni uias peruertere rectas.

De munerum acceptione.
Capvt. LXXVI.

ABraham noluit accipere mune Gen. 14
ra, quæ obtulit ei rex Sodomo
rum, licet ipse optime meruisset,

quãdo reuersus fuit Abraham a cæde quatuor regum.
Munera misit Iacob offerri Esau
Gen. 32 fratri suo, ut compesceret iram eius
Munera obtulerunt filij Israel, ad opus tabernaculi domini, in tan
Exo. 36. ta quantitate, quod iussit Moyses clamari, ut nullus aliquid ulterius offerret.
Mercedem iniquitatis amauit Ba-
Num. 22 laam & iuit cũ nuncijs Balaac, qui diuinationis pretium habebant in manibus.
Ahud obtulit munera Eglon re-
Iudi. 3. gi Moab, & postea secreto loquens cum eo, percussit eum grauiter & occidit.
Inimici Samson pecuniam Dali
Iudi. 16. dæ promiserũt, & eam, ut illum de-ciperet, induxerunt.
De filijs Samuel dicitur, Declinauerunt post auaritiam, acceperũt
1. Re. 8. munera. Et statim sequitur, Peruer-

terunt iudicium.

Nõ fuit impositum Samueli, qui uiginti annis populum Israel iudicauerat, quod unquam munera ab aliquo accepisset. 1. Re. 12

Xenia, quæ obtulit Siba Mephi boseth Dauid a facie Absalon fugiẽti, uidentur inclinasse animum ipsius Dauid, ad hoc, quod contra absentem iniquum tulit iudicium. 2. Re. 16

Regina Saba dedit regi Salomoni centum uiginti talenta auri, aromata multa, & gemmas preciosas. Rex autem Salomõ dedit ei omnia quæ uoluit, & quæ petiuit ab illo, exceptis his quæ ultro obtulerat ei munere regio. 3. Re. 10.

Arauna uoluit offerre Dauid aream, & omnia ad sacrificium necessaria, sed ille noluit gratis accipere, nec sacrificium de alieno offerre, 2. Re. ul.

Rex Syriæ Benadab, fœdus habebat cum Basaa rege Israel, Sed pro- 3. Re. 15

pter munera quæ misit ei Aza rex
Iuda, rupto fœdere cum Basaa, gra-
uiter impugnauit eum.

Naamã Syrus fuit animo grato,
4. Re. 5. ab Eliseo curatus. Et tamen q̃a Gi-
hezi ab eo accepit munera, fuit gra-
ui plaga percussus.

Misit Rex Babylonis literas &
4. Re. 20 munera ad Hezechiam, & sequitur,
Lætatus est autẽ Hezechias in ad-
uentu eorum. Sed nota ibi quomo-
do displicuerit domino.

Achaz rex iuda spoliata domo
domini & domo regum & princi-
2. Pa. 28 pum, dedit regi Assyriorum mune-
ra, & tamen nihil ei profuit.

Statuerunt Iudæi in memoriam
lætitiæ, quam habuerunt interfecto
Esther. 9 Amã, pessimo Iudæorum inimico,
ut pauperibus munuscula largiren-
tur.

Conquerẽdo loquitur dominus
Esa. 1. per Esaiam dicens, Principes tui

infideles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.

Dedit magister militiæ regis Babylonis, cibaria Hieremiæ & munuscula, & dimisit eum. Hie. 40.

Postquam exposuerat regi Nabuchodonosor Daniel uisionem, rex in sublime illum extulit, & munera magna, & multa dedit ei. Dan. 2.

Balthassar Babylonis rex promiserat magna donaria Danieli. Qui respõdens ait, Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da. Dan. 5.

Abijt Ionathas Ptolomaidam, et dedit Alexandro & Ptolomæo regibus, argentum multum & aurũ & dona, & inuenit gratiam in conspectu eorum. 1. Ma. 10

Videns Tryphon Ionatham uenisse ad eũ cũ exercitu multo, timuit eũ, & cũ honore accepit, et munera 1. Ma. 12

ei dedit, & hac occasione decepit
cũ. Nam remissis militibus, ipsum
cum paucis retinuit, & occidit.

Propter munera q̃ dedit & pro-
misit ambitiosus Iason regi Antio-
2. Ma. 4. cho, obtinuit summum sacerdotiũ.
Cum autem misisset pecuniam re-
gi per Menelaum, ille supplantauit
eum, & obtinuit prĩcipatum. Quia
supposuit Iason talenta argenti tre-
centa.

Menelaus frater Lysimachi per
Ibidem. pecuniam quam promisit Antio-
cho, obtinuit summum sacerdotiũ.
Deinde donauit Andronicho quæ-
dam uasa aurea, de templo furtim
accepta, & fecit Oniã occidi. Post
modum cum accusaretur apud Pto
lemæum regem, per pecunias: quas
ei dare ꝓmisit, accusatores suos pro
curauit morte damnari.

Cupiens obtinere summum sa-
2. Ma. 14 cerdotium Alchinus proditor im-

pius & detractor, obtulit Demetrio regi coronam auream, & quædam alia.

Obtulerunt Magi domino pauperi, aurum, thus, & myrrham. Mat. 2.

Milites illi, qui debuerant custodire sepulchrum domini, accepta a Iudæis pecunia copiosa, dixerunt, Quod discipuli eius furati fuerant, illis dormientibus. Mat. 28.

Pauperculæ donum uiduæ, quæ duo æra minuta misit in Gazophylacium, præfertur a domino muneribus diuitum. Luc. 2.

Quum uidisset Simon, quia per impositionem manuũ apostolorũ daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam dicens, Date & mihi hãc potestatem. Actu. 8.

Felix præses, qui tenebat Paulũ uinctum, a Iudæis nequiter accusatum, sperabat quod pecunia daretur ei a Paulo, Propter quod frequẽ Act. 24.

ter eum accersens loquebatur cum eo. Et quia uerisimile est eum nō habuisse intentum, Paulum dimisit uinctum.

De fortitudine & strenuitate.
Caput. LXXVII.

Videns Abraham nepotem suū
Gen. 14. Loth esse captū, assumptis uernaculis suis, & alijs socijs irruit nocte super quatuor reges, qui ceperāt illum. Et pcussis hostibus, reduxit Loth cum tota substantia, & populo Sodomorum.

Securum facit hominem & auda
Gen. 31. cem puritas conscientiæ. Hinc est quod Iacob tumēs, cum iurgio ait, Quam ob culpam meā, et ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem suppellectilem domus?

Dixit angelus ad Iacob, Si cōtra deum fortis fuisti, quāto magis cō
Gen. 32. tra homines præualebis?

Audacter & cōstāter stetit Moyses coram Pharaone, arguens eum, quia non dimittebat populum domini. Exo. 5.

Armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. Exo. 13.

Caleph & Iosue utiliter confortauerunt populum dicentes, Ascendamus & possideamus terram quoniam poterimus obtinere eā, & iterum, Ne timeatis populū terrę quia sicut panē, ita poterim⁹ eos deuorar̄ Nū. 13. Nū. 14.

Phinees cū duodecī millibus pugnatorum, debellauit Madianitas. Quorum præter uiros et mulieres, qui occisi fuerant, triginta duo milia uirginum in præda fuerūt. aīaliū uero erat maxima multitudo. Nec aliquis de filijs Israel mortuus est. Num. 31

Moyses dixit ad Iosue, q̧ ei debebat succedere, Confortare, & esto robustus, tu enim introduces populum istum. Deu.

Pergens ad bellum Iosue contra
Iosu. 8. habitatores Haï, erat in fronte exercitus uallatus auxilio pugnatorum.

Captis quinq; regibus, dixit Iosue ad principes qui secum erãt, Ite
Iosue. 10 & ponite pedes uestros super colla regum istorum, Nolite timere nec paueatis.

Dixit Caleph ad Iosue, Octogin
Iosue. 14 taquinq; annorum sum hodie, sic ualens ut eo ualebam tempore, quãdo ad explorandum missus sum, illius in me temporis fortitudo perseuerat.

Ahud iudex & princeps exerci-
Iudic. 3. tus Israel, in fronte gradiens, dixit ad populum, Sequimini me, tradidit dominus inimicos nostros, in manus nostras.

Gedeõ dixit angelus, Dominus
Iudic. 6. tecum uirorum fortissime: & post, Vade, & in hac fortitudine tua liberabis Israel de manu Madian, Cũq;

ille se humiliter excusaret, audiuit: Ego ero tecum, & percuties Madian, quasi uirum unum.

Ex præcepto domini dixit, Gedeon exercitui, Qui formidolosus est & timidus, reuertatur. Trecētis enim uiris, pulchro stratagemate Madianitas uicit. Iudi. 7.

Samson leonem manibus inermis lacerauit: & post hoc, opera fortitudinis multa fecit, ut patet cap. 15. 16. Iudic. 14.

Audiens Saul obsidionem uirorum Iabes Galaad, audacter & efficaciter & festinanter succurrit eis. 1. Reg. 11

Dauid in pueritia sua, fortiter superauit & interfecit leonem & ursum, & Goliath Philistæum. 1. Re. 17

Item Dauid uenit cum uno milite, ad castra Saul, & intrauit tentorium eius, tulit hastam & scutum eius. 1. Re. 26

Pueri duodecim Isboseth, & duo

2.Reg.2 decim ex parte Dauid, apprehenso
unusquisque capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarij, &
ceciderunt simul.

Desiderante & petēte Dauid de
2.Re.25 aqua cisternæ Bethleem, tres fortes
milites Dauid irruperūt castra Philistinorum, & attulerunt ei de aqua
illa.

Viriliter egit Iehu, pcutiens duos
4.Reg.9 reges, & fratres Ochoziæ & filios
&.10. Achab. Et prophetas Baal occidit
in multitudine numerosa.

Cum magna strenuitate Ioiada
4.Re.11 pontifex eripuit regnum Iuda, de
manu Athaliæ, & Ioas de genere
Dauid paruulum coronauit.

Ioab filius Saruiæ, fuit princeps
1.Pa.11. & dux exercitus, quia in primis percussit Iebusæum, qui habitabat in
Hierusalem & ita statuerat Dauid.

Dixit Neemias optimatibus &
Neem.4 magistratibus Iudæorum, Surga-

mus & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono.

Filij transmigrationis ædificātes murū in circuitu Hierusalem, una manu faciebant opus, & altera tenebant gladium. Neem. 4

Inimici filiorum transmigrationis terrebant eos uarijs modis, cogitantes, quod cessarēt ab oper. Sed dixit Neemias, Quam ob causam confortaui magis manus meas.? Neem. 6

Audiētes filij Israel potentiā Holofernis, præparauerunt se diligenter ad resistendum, præoccupantes uertices montium, & muris circundantes uicos suos, congregauerunt frumenta in præparationē pugnæ. Iudit. 4.

Miram strenuitatem habuit Iudith eundo ad Holofernem, & occidendo eum in tentorio suo. Iudi. 11

Socij Danielis dixerūt Nabuchodonosor regi Babylonis, Deus noster pōt nos eripere de camino ignis Dan. 3.

quod ſi noluerit, notum ſit tibi, o
rex, quod deos tuos non colimus.

Daniel non omiſit, propter edi-
Dan. 6. ctum regis, quin oraret deū ſuum.

Miram fortitudinem habuerunt
Matathias & filij eius, quia ita reſti
1. Ma. 2. terunt Antiocho regi, & præualue-
runt toties contra eum.

Confidenter & ſtrenuiſſime Iu-
1. Mac. 5 das Machabęus flumen tranſit ad
caſtra hoſtium, qui erant ultra ip-
ſum flumen.

Eleaſar filius Saura, cucurrit au-
dacter ad elephantem, & ſuperpo-
1. Ma. 6. ſuit ſe ei, & occidit eum, & cecidit
in terram ſuper ipſum, & mortuus
eſt illic.

Eleazarus dixit tortoribus ſuis,
Eodem, Fortiter uitam excedendo, dignus
apparebo. Adoleſcentibus autē exē
plar forte relinquā, ſi prōpto aīo ac
fortiter, ꝓ grauiſſimis ac ſanctiſſi-
mis legib⁹, honeſta morte ꝑfungar

Machabæus,

Machabæus,& qui cum eo erāt, ibāt prompti ad bellum contra Lysiam,de cœlo habentes adiutorem. Leonum autē more, impetu irruentes in hostes , prostrauerunt ex eis undecim milia peditum,& equitū mille sexcentos,uniuersos autem in fugam uerterunt. 2.Ma.22

Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi , & gratia magna erat in omnibus illis. Actu.4.

Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo.Eius autem fortitudo pręcipue apparuit in eo, quod Iudæis constantissime restitit, & diram mortem patiētissime tolerauit. Actu.6.

Fortitudo,est considerata periculorum susceptio,& laborum perpessio.Sed in hoc constat Paulum apostolum fortissimum militem Christi fuisse, qui tot, & tanta pericula Cicer.2 Rheto.

pro Christo sustinuit, & tot & tales labores suscepit, Sicut patet ab un-
Actu. 11 decimo Actorum, usq; ad finem, ip se etiam hos enumerat ad. 2. Cor. 11.

De confidentia & magnanimitate. Cap. LXXVIII.

Exo. 5. Moyses stetit coram Pharaone multoties & confidẽter arguebat eum.

Confidẽter, licet reuerẽter, arguit
2. Re. 12 Nathan propheta Dauid, post adulterium & homicidum ab illo commissum.

Dixi Helias ad Achab, Nõ ego
3. Re. 18 turbaui domum Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquisti mãdata domini. Et post hoc fecit prophetas quadringentos occidi.

Item postea dixit Ochoziæ regi
4. Re. 1 Israel, de lectulo, super quem ascendisti, non descendeus.

Achab rex israel, dixit Heliæ, Nõ
3. Re. 21. inuenisti me inimicum tibi? Qui

ait, Inueni: eo quod uenundatus sis, ut faceres malum in conspectu dñi.

Eliseus mira libertate dixit ad Ioram regē israel, exercitu circunstante, Quid mihi & tibi est? Vade ad ꝓphetas patris tui. 4. Re. 3.

Fuit dominus cū Iosaphat, quia ambulauit in ujs Dauid patris sui. Sequitur, Cumq; assumpsisset cor eius audaciā, per uias domini &c. 2. Pa. 17.

Spiritus domini induit Zachariam filium Iodadæ, & stetit in conspectu populi dicēs, Quare trāsgredimini præceptum domini? Quod uobis non proderit. 2. Pa. 24

Hezechias confortauit bellatores suos dicens, Nolite timere regem Assyriorum, & uniuersam multitudinem, quæ cum eo est. Plures enim nobiscum sunt, quā cum illo. 2. Pa. 23

Sanaballat et cæteri inimici, dolētes de ædificatione muri Hierusalē Nee. 4. 6

nisi sunt ut possent resistere et terre
re Nehemiam uarijs modis, sed non
poterant.

Mirę magnanimitatis fuit Iu-
Iudi. 10. dith, quæ inermis iuit ad tentoriū
&. 13. Holofernis, & eum ibi occidit.

Mardochæus magnanimiter re-
nuit adorarē Aman superbissimum.
Esth. 4. 5 Licet sciret, regem hoc præcepisse.
Idem etiam cum magna seueritate
& libertate loquebatur reginæ, di-
cēs: Ne putes, quod animam tuam
liberes qa in domo regis es, si enim
nunc silueris, per aliam occasionē
liberabūtur Iudæi & tu & domus
patris tui peribitis.

Ananias et socij eius confidenter
Dani. 3. Nabuchodonosor regi dixerūt: De⁹
noster quē colimus, potest nos eri-
pere &c.

Similiter Daniel, qui de edicto
Dan. 6. regis Darij nō curauit, sed dominū
suum more consueto orauit.

Matathias & filij ei' magnanimi 1.Mat.2
ter rebellarunt, & restiterunt regi
Antiocho.

Eleazar filius Saura cucurrit au- 1.Ma.6.
dacter ad elephantem, ubi credebat
esse regem, & superposuit se ei &c.

Signum magnanimitatis dedit 1.Ma.5.
Timotheus exercitui suo de Iuda
Machabæo, si trãsirent fluuium ad
hostes audacter, & sic fecit Iudas, et
magnam habuit uictoriam.

Cum dicerent socij Iudæ ad eum 1.Ma.9.
ut liberarent animam suam, quia
hostes erant multi, & ipsi pauci, Re
spondir Iudas. Absit rem istam fa-
cere, & si appropiauit tempus no-
strum, moriamur in uirtute, & non
inferamus crimen gloriæ nostræ.

Videntes socij Iudæ Machabæi 2.Ma.8.
exercitum uenientẽ, dixerunt, Quo
modo poterimus pauci pugnare ad
multitudinem tantam, & tam fortẽ
& ait Iudas, Facile est concludi in

manus paucorum. Et non est differentia in conspectu dei, liberare in multis, aut in paucis, quia non est in multitudine exercitus uictoria belli, sed de cœlo fortitudo est.

2. Ma. 6. Ionathas aĩauit suos ad pugnã, ex eo quod bellum erat ex aduerso, & aqua Iordanis hinc & inde, & ripæ & paludes & saltus, & non erat locus diuertendi.

1. Ma. 11 Cum esset Ionathas in prælio cõtra alienigenas, reliquerunt eũ omnes ex suis, exceptis duobus. Sed uidentes, quod dux fortiter pugnaret, reuersi sunt fugientes, & ceciderunt de alienigenis tria millia uirorum.

2. Ma. 30 Egregius militiæ dux Iudas Machabæus ad eas, quæ amplius urgebant, pugnas se conuertit.

Machabæus, & qui cum eo erãt,
2. Ma. 11 uidentes auxilium de cœlo sibi missum, conualuerunt animis, non solum homines, sed & bestias fortissi

mas, et muros ferreos parati intrarẽ.

Crucifixo domino, Ioseph ab A- Mat. 27.
rimathia, audacter introiuit ad Pila
tum, & petijt corpus Iesu. Ioan. 9.

Ille cæcus natus, a domino illu-
minatus, libera uoce ueritatem de
domino fatebatur. Ioan. 11.

Dixit Thomas ad discipulos, Ea
mus & nos ut moriamur cum eo. Act. 2. 3.

Petrus qui ad uocem unius ancil 4.
læ paue factus Christũ negauerat,
recepto spiritu sancto, fuit tanta uir
tute indutus, ut coram populo Pha-
risæorum ac magistratuum colle-
gio, ipsum cum omni fidutia præ-
dicaret.

Stephanus plenus gratia & forti
tudine, Christum dominum cum Actu. 7.
mira libertate p̃dicabat, & Iudæos
increpans, confundebat, dicẽs inter
cætera, Dura ceruice, & incircuncisi
corde & auribus, uos semper spiri-
tui sancto restitistis.

Act. 5. Magistratus & ministri arguendo dixerunt, apostolis præcipiēdo, Pręcipimus uobis ne doceatis in nomine isto. Et ecce repletis Hierusalem doctrina uestra, & uultis super uos inducerē sanguinem hominis istius Respondentes autem Petrus & apostoli, dixerūt, Obedire magis oportet deo quam, hominibus.

Act. 13. Paulus apostolus, præsente Paulo Pro cōsule, Elymam magum durissime increpauit, & ad tempus lumine occulorum priuauit.

Act. 10. Cum mandasset magistratus, ut Paulus & Silas liberarentur de carcere, Paulus dixit eis. Cæsos nos publice, homines Romanos indemnatos miserunt in carcerem, & nunc occulte nos eijciunt. Et sic locutus est quod illi timentes uenerunt, & rogauerunt eos, ut egrederētur de illa ciuitate.

Cōmota & cōfusa ciuitate Ephe

ſina ciues impetum fecerunt unani miter ĩ theatrum raptis comitibus. Pauli. Paulus autem uoluit intrare in ipſum, ſed non permiſerunt eum diſcipuli. Act. 16

Valedicens fratribus de Aſia dicebat, Paulus Spiritus ſanctus per omnes ciuitates proteſtatur mihi, quia uicula & tribulationes me manent in Hieruſalem, ſed nihil, inquã horũ uereor, nec facio animam meã pretioſorem quam me &c. Act. 20

Coram illis iudicibus, quos habuit Paulus, miram magnanimitatem oſtendit, uidelicet, coram Anania principe ſacerdotum Felice, Feſto, a quo manifeſte grauatus, Cæſarem adpellauit. Act. 21.

In tot & in tantis periculis conſtitutus Paulus, ſemper fuit intrepidus & ſecurus, & hoc præcipue apparuit in tempeſtate, quã paſſa eſt nauis ſua. Act. 27.

Aug. li. 14. De ci uitate dei cap. 9. De ipso beato Paulo dicit Augu stinus, Illum oportunum (inquit) et fortissimum uirum, qui in suis infir mitatibus gloriatur, qui plus suis omnibus condiscipulis laborabat. illium, inquam, uirum beatum Pau lum Athletam Christi, doctum ab illo, uinctum de illo crucifixum cũ illo, gloriosum in illo, in theatro hu ius mundi cui spectaculum factus est, & angelis & hominibus, legiti me magno agone certantem, oculo fidei libentissime spectantes, gaude re cum gaudentibus, flere cum flen tibus, foris habente pugnas, intus ti mores, cupiẽtem dissolui & esse cũ Christo.

De patiẽtia & mãsuetudine, ĩ iniu rijs & tormẽtis. C. LXXIX.

Gen. 22. MAnsuete ferebat Isaac cũ pater suus eum immolare uellet.

Gen. 37. & 45. Ioseph facinus, quod in eum cõ miserant fratres sui, & patienter tu-

lit & clementer indulsit.

Speciale mandatum dedit fratribus suis Ioseph dicens, Ne irascamini in uia. Ibidem.

Cito orauit Moyses pro Maria, quæ contra eum tam inique locuta fuerat, et p oratione͂ eius sanata fuit. Num. 12

Murmurabat populus contra Moysen & Aaron dicens, Vos interfecistis populum domini, & cu͂ iratus est dominus ut percuteret populum, dixit Moyses ad Aaron, Perge cito, ad populum, ut roges ꝓ eis & sequitur, Quod plaga cessauerit.

Filij Ephra͂ iurgantes fortiter co͂tra Gedeone͂, sedati fueru͂t, pp eius ma͂suetam responsione͂. Quid enim tale facere potui, quale uos fecistis? Iudic. 8.

Noluit sustinere Saul, quod occiderentur uiri, qui detraxerant ei. 1. Re. 11.

Potuit Dauid pluries, & noluit occidere Saul, ipsum acriter persequentem, quando abscidit oram 1. Re. 24

chlamydis eius quãdo inuenit eum dormientem.

Fugiens Dauid a facie Absalom, patienter dixit ad Sadoch. Si inuene
1.Re.15. ro gratiam in occulis domini, redu
&.16. cet me. Et ad Semei maledicentem sibi. & c,

Mephiboseth patienter sustinuit
2.Re.16 iniquam sententiam cõtra se latam.

Dixerunt seniores, dantes consi
2.Pa.10 liũ Roboã: Si placueris populo huic & lenieris eos uerbis clementibus, omni tempore seruient tibi.

Homines, qui uenerant ad capien
4.Re.6 dum Eliseum, non permisit ipse il los aliquid mali habere, sed prȩce pit eis mensam apponi, & refectos abire permisit

Excæcatus Tobias, miram patiẽ
To.2.3. tiam ostendit erga diuinum flagel lum, & irrisionẽ amicorum & uxo ris.

Iob.1.2: Iob fuit patiens perdẽdo sua &

suos, & quasi seipsum. Et notãdum quod semel amisit bona sua, & libe r os suos, & sic uehementior fuit ten tatiõis impetus. Item illi qui reman serunt, de amicis suis, plus ei desola tionis, quam consolationis attule runt. Vt patet in uxore, & in illis amicis, qui fuerunt ei consolatores onerosi.

Alacrem patientiam exhibuerũt socij Danielis, misi iussu regis in for nacem ignis ardentis: Et tantum, uel amplius fuit laudatus Deus ex eorũ patientia, quam ex Danielis sapi-entia. Dan. 3.

Filia Raguelis Sara, grauem con tumeliam ab ancilla prolatam, pati-enter tulit, nihil respondens, sed sta-tim ad orationem se conuertens. Tob. 3

Cum plagis puniretur Eleaza-rus, dixit, Domine tu scis quia cum a morte possem liberari, duros cordis sustineo dolores, secundum 2. Ma. 6.

animam uero propter timorē tuū, libenter hæc patior.

2.Mat.7 Septem illi fratres cū matre sua alacri animo passi sunt hortenda tormenta.

Mat.18 Cum interrogasset Petrus dn̄m, Quoties peccabit in me frater me⁹ dimittam ei, usq; septies? Audiuit: Nō dico usq; septies, sed usq; septuagies septies.

Eodem. Ad remittēdum fratribus ex corde, induxit dominus parabolam serui nequam, cui mille talēta a domino liberaliter fuerunt dimissa.

Luc.9. Cum audissent Iacobus & Ioannes, quod Samaritani non receperāt nuncios domini, quos præmiserat, dixerunt, Vis dicamus, ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos? & dominus increpauit illos & dixit, Nescitis cuius spiritus estis.

Ioan.8. Mulier in adulterio deprehensa, & corā domino accusata, nihil om

nino accusatoribus respõdebat. Dominus autem pro ea uerbum assumpsit, & eam benigne absoluit.

Cedendum est quandoq; furori persequentium, unde dominus qui pati & occidi uenerat, non ut timidus, sed ut prouidus, & horam passionis competentem expectans rabiem Iudæorum pluries deuitauit. Et Ioannis octauo, Iesus autem trãsiẽs per medium illorum ibat. Et capite duodecimo. Abscõdit se, & exiuit de templo.

De seipso Dominus ait, Discedite a me, quia mitis sum & humilis corde. Mat. 11.

Dominus noster patienter tulit iniurias illatas, uerbis et factis. Verbis quidem detractorijs, contradictorijs, derisorijs et cõtumeliosis. Detraxerunt .n. ei occulte et manifeste. Occulte, intra se loquẽdo, et ipm temere & negr̃ter iudicãdo. Hic si eẽt Patiẽtia passiõis Christi

propheta sciret qualis hæc esset mulier. Item Matthæi.9.Lucæ.5.Hic blasphemat,Manifeste, quando dicebāt discipulis eius Pharisæi, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister uester?

Item quando eius miracula deprauabant dicentes, In Beelzebub principe dæmoniorum ejecit dæmonia. Mat.12.Luc.11.Item, Non est hic homo a deo, qui sabbatum non custodit,Et ibidē,scilicet,Ioan. 7.9.Nos scimus qa hic homo peccator est.

Item dicebant eum habere dæmonium.

Contradictoria uero uerba sustinuit,Ioannis.8. Tu de teipso testimonium perhibes: Testimonium tuum non est uerum, Et ibidem, Quinquaginta annos nondum habes,& Abraham uidisti?

Et uerba derisoria, cum dixisset,

Non

Non est mortua puella, sed dormit, Mat. 9.
deridebant eum. Luc. 8.
Item uerba contumeliosa. Nõne Ioã. 7. 8.
bene dicimus nos, q̃a Samaritanus
es tu, & dæmonium habes? Et Lu-
cę. 5. Quis est hic, qui loquitur bla-
sphemias?
Specialiter autem in tẽpore paſ-
sionis ante crucem, in domo An-
næ & Caiphæ, coram Pilato, Hero
de, &c. Ac demum dum pẽderet in
cruce, huiusmodi uerba multa audi
uit contra se.
Item factis item graues iniurias Luc. 14.
passus fuit. Nam ipso prædicante, re
pleti sunt omnes in synagoga ira, &
ejciẽtes eum extra ciuitatem, uolue Ioan. 8.
runt eum præcipitare de supercilio Ma. 20.
monitis. Et iterum, ad lapidandũ,
ipsum, lapides sustulerunt.
Item cũ exiret de Hierusalẽ, et uel Luc. 9.
let transire Samariam, Samaritani
nuncios quos pręmisit, recipere no

luerunt.

Præterea ipſo prædicante, & Iu-
Iohã.8 dæos de eorum malitia increpante,
Luc.23. illi ad lapidandum eum, lapides ſu-
Mat.27. ſtulerunt. Hoc totum parum fuit re
ſpectu eorum, quæ in paſſione ſuſti
nuit. Circa quæ notare poteris, qđ
ſecundum ea, quæ prædixerat, fuit
deluſus & flagellatus, & crucifixus.
Deluſus in domo Caiphæ. Viri (in-
quit textus) qui tenebant eum illu-
debant ei dicentes, Aue rex Iudæo-
rum &c. Similia in prætorio Pilati
præſidis agebant, genu flexo illude
bant ei, &c.

Similiter illuſus fuit in domo He
rodis, ſpreuit illum cũ exercitu ſuo
& illuſit ei.

Luc.23 Item illuſus fuit dñs Ieſus, in pa-
Mat.27. tibulo crucis pendens, & hic a mili
tibus & ſacerdotibus, & communi
ter a prætereuntibus & latronibus.
Siquidẽ de militibus dicitur, Illude

bant ei milites accedentes, & acetũ offerentes. De sacerdotibus autẽ, Principes sacerdotũ cũ scribis & senioribus illudebãt ei, dicẽtes, Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere &c. Prætereuntes autẽ blasphemabant eum, mouentes capita sua, &c. Latrones, qui crucifixi erant, improperabant ei.

Vlterius nota, qđ fuit illusus nutib⁹ & signis, qñ mouebant capita sua, & flectebãt genua. Verbis, qñ dicebãt salutãtes, Aue rex Iudæorum. Factis, qñ fuit spinis coronatus, & arundo loco sceptri posita in manu eius, sputis deturpatus. Nunc ueste purpurea, nunc alba uestitus. Luc. 23.

Saluator noster in sua passione, mansuetudinẽ exhibuit ad proditorem, quẽ uocauit amicum: ad lictorem, cuius autem sanauit. Eodem.

Ad Annam, ad Caipham, ad Pilatum, coram quibus fuit falsissime Ia. 18. 19

accusat⁹, mãsuetissime respõdit &c.

Item ad crucifixores, pro quibus
Luc. 23. orauit, & ad latronem, cui tam be-
nigne respondit &c.

De flagellatione pensandum est,
Luc. 22 Quia ipse dominus primo flagella-
Ioãn. 19 tus fuit in capite. Percutiebant ca-
Mat. 47 put eius arundine. Item in facie. Et
apud Iohannem capitulo. 19. Vnus ministrorum assistens pontifici, dedit ei alapam. Itẽ in collo colaphis eum cædebant, & in toto corpore. Tradidit illis Pilatus Iesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur. Circa quod notari potest, quod flagellari solent in capite insciq; qui erudiũtur. In collo serui, qui de domo eijciunt. In facie rei, qui nuncupatur. In toto corpore scelerati, qui puniuntur.

Item cõsiderari debet ab anima fideli, quod ipse fuit flagellatus, linguis blasphemantium, improperã tium, acclamantium, Crucifige eũ.

palmis percutiẽtiũ, ut in Matthæo uigesimosexro. Alij palmas in faciẽ dederunt. In arundine & flagellis, sicuti uisum est in Matthæo & Mar.

Ad omnis uero iniuriæ cumulũ multum facit, quod dominus dominãtium, qui soluit compeditos, & illuminauit cęcos, ipse fuit tanquam latro captus, & ligatus. Ministri Iudæorum, ait Ioannes, comprehẽderunt Iesum, & ligauerunt eum. Ioan. 18

Itẽ fuit latroni postpositus. Quia petierunt Iudæi Barabã sibi dimitti, & Dominum crucifigi, testantibus Euangelistis, & tamen ille erat latro, & in seditione fecerat homicidium. Vnde ille Barrabas erat homicida, seditiosus, latro insignis, in malitia diffamis. Ioan. 18 Luc. 23. Mat. 27.

Fuit insup in medio latronũ positus, quasi esset magister eorum, & sceleratior omnibus. Vnde Ioã. 19: Medium autem Iesum &c. Ioan. 19

Præterea pensandũ est, quod ipse fuit in omnibus membris corporis afflictus, seu sensibus. Oculi nanq; eius uidebant illos tortores suos rabidos & crudeles: Item piam matrẽ suam pariter in anima crucifixam, & dilectum discipulum, & mulieres deuotas compatientes. Aures autem uerba blasphemiæ, insultationis, derisiõis, & improperij audiebant. Nares etiã ratione loci, Caluariæ, in quo crucifixus est, ubi decaluabantur & decapitabantur malefici, poterant fœtore grauari. Gustus eius fuit afflictus in hoc, quod fuit potatus uino myrrhato, uel aceto cũ felle mixto. In qbus datur intelligi, potum fuisse amarissimum.

Sensus aũt tactus; p totũcorpus diffusus, ubi dolorẽ sensit ĩ mẽbris: uidelicet, flagellatus, in manibus & pedibus, clauis atrociter perforatis.

Ioan. 19 Poterit etiam cõsiderari, qđ ipse

dñs Ieſus ſuſtinuit dãnum in rebus, Mat. 26
quas ſecundũ hoĩem habuit. Quia Mar. 14.
fuit ueſtimẽtis nudatus, ab amicis
derelictus, Vnde diſcipuli relicto
eo, oẽs fugerunt, afflictus enim ĩ to
to corpore, ut dictum eſt, per acer-
biſſimam paſſionem.

Item paſſus eſt in corde, uel ĩ mẽ
te. Quia compatiebatur, ibi amicis
aſtantibus, & inimicis eum ignorã
ter crucifigentibus.

Tum etiam paſſus eſt quodãmo
do, & læſus in fama ſeu opiniõe, qa
dicebãt eũ populi fuiſſe ſeductorẽ.
Dñe (dixerũt ad Pilatum, Principes
ſacerdotum) recordati ſumus, quod
ſeductor ille &c.

Aduertendum etiã circa ſalutife-
rã paſſionẽ dñi nr̃i Ieſu xp̃i, qđ fuit
turpis, imo turpiſſima & ignomi-
nioſa: rõne loci. Quia in Hieruſalẽ,
ubi notus, uocatus, et honoratus fue
rat, & multa miracula fecerat &c.

Item ratione, temporis, uel diei. Quia in die solenni Paschæ, quã do conuenerat ad diem festum, maxima multitudo hominum, & hora quasi sexta, fuit ductus ad crucem, ut ab omnibus posset sciri.

Itẽ & ratione generis ipsius mor-
Ioan. 19 tis, Quia morte crucis, morte debita maledicis, malefactoribus & iniquis. Tum & ratione modi, ad ipsum tormentum eundi. Exijt enim Iesus baiulans sibi crucẽ, quod certe nõ legitur de alijs duobus nequã qui ducebãtur cum eo.

Item & ratione consortij, nã fuit crucifixus in medio duorum latronum, quasi esset unus ex eis, uel maximus, aut magister.

Adhuc aggrauatur illius benedicta passionis acerbitas, ex naturali dominici corporis complexione. Certum est enim illud sacrũ corpus fuisse complexionis optimæ, & mi

rabiliter delicatæ, utpote organizatum spiritus sancti opere, sine aliquo naturę uitio uel errore: unde caro sua sancta nullam habuit rebellionem uel pugnam contra spiritũ. Et iccirco spiritus merito magis diligebat ipsam, quam alterius spiritus, uel anima debeat diligere corpus suum.

Item & ex diuturnitate, passionis acerbitas aggrauatur. Nam multi martyres igne cremati, uel aqua submersi, aut capite truncati, martyrium suum celeriter compleuerunt. Passio uero dominica durauit, quasi instanti conceptionis suæ usq; ad horam mortis. Certissime nãq; præsciuit, quicquid sua humanitas passura fuit: specialiter tamen & continue durauit ab illa hora post cœnã, usq; ad sextæ feriæ horam nonam.

Item & ex qualitate membrorũ, in quibus passus fuit, uidelicet, in

pedibus & manibus, quæ sunt mē-
bra neruosa, & doloris maxime per
ceptiua.

Signum autem, quod passio dn̄i
Luc. 22. acerbissima & grauissima fuerit, ex
hoc præcipue potest haberi, quod
narrante Luca, in oratione post cœ-
nam & ex uehemēti imaginatione
futuræ angustiæ, Factus est sudor
eius, sicut guttæ sanguinis decurren
tis in terram.

Eandem uero dominicam passio
nem reddi inæstimabiliter gratio-
Mat. 26. sam, quod ad illam spōte se obtulit,
Surgite, aiebat, ecce appropinquat
qui me tradet. Et apud Ioā. 18. Iuit
obuiam ministris quærentibus Ie-
sum Nazarenum. Et quū audissent
dominum dicentem: Ego sum, ceci
derunt in terram.

Luc. 23. Item captus, uinctus, ignominio
Luc. 23. se ductus, mendaciter accusatus, co
laphizatus, sputis illinitus, flagellis

cęsus, spinis derisorie coronatus, nullum uerbũ, aut signum impatientiæ seu turbationis ostendit. Quin imo multiplex beneficiũ illis, a quibus ita præmebatur ostendit. Nam aurem amputatam seruo sacerdotis sanauit, multa pia & utilia uerba illis dixit, & pro crucifixoribus suis clementer orauit, patrem suum dulciter inuocans, & eos benigne excusans, Pater, inquit, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.

Deniq; hæc oĩa passus est, nõ pp se, sed pp nos. Nã pp peccata, qa q̃ nõ rapuit, tũc exoluit. Vnde pp necessitatẽ & utilitatẽ nostram, nõ pp suam, aĩam posuit pro oĩbus amicis suis. Pro nobis quippe liberãdis uoluit cõprehẽdi, pro nobis redimendis uoluit uẽdi, ꝓ nobis honorãdis uoluit cõfundi, & in cruce suspẽdi. Vinculat⁹ ẽ ut absoluemur, flagellatus ẽ, ne flagellaremur, mortu⁹ ẽ, ne Ioh. 10.

Galat. 2. æternaliter moreremur. Hinc Pau-
1. Co. 13 lus ait, In fide uiuo filij dei qui dile-
1. Pet. 2. xit me, & tradidit semetipsum pro
Esaia. 53 me. Et alibi, Christus mortuus est
pro peccatis. Item Petrus ait, Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum. Et Esaias ait, Vulneratus est ꝑpter iniquitates, attritus propter scelera nostra eius liuore sanati sumus. Et apud Ioan. Animam meã (inquit) pro ouibus meis pono.

Actu. 5 De Apostolis cæsis dicitur: Ibãt gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Christi contumelia affici.

Stephanus ad lapidatores fuit ita
Actu. 7. patiens & benignus, quod diligentius pro illis quam pro seipio orasse uidetur. Nã positis genibus clamauit uoce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Orans autem pro se, non legitur genua flexisse

se nec clamasse.

Paulus et Silas positi in duro carcere, media nocte orabant dominũ & laudabant. Act. 16.

De constantia & perseuerãtia in ꝓpositis. Ca. LXXX.

NOn respiciendum retro post egressum de societate malorũ, sicut fecit uxor Loth, quæ uersa est in statuam. Gen. 19

Singulis diebus molesta erat Ioseph domina eius, & tamen ille perseuerãter resistebat operi nephario. Exo. 39.

Nunquam potuit Moyses irasci, aut uinci quod uel in Aegypto immolaturus domino remaneret, uel paruulos aut iumenta populi dimitteret Pharaoni. Exo. 8. 9

Dure reprehensus Dauid a fratre suo maiore, et etiam dissuasus a Saule, non destitit ab incepto, sed uiriliter pugnauit & Goliam uicit. 1. Re. 17

Perseueranter egit Ioab in obsi- 2. Re. 1

dione Rabbath, donec capta fuit ciuitas.
2.Re.18 Item in prælio contra Absalom
2.Re.20 Et contra Sebam filium Bochri in obsidione ciuitatis Abela.
Quanuis Neemias in ædificādo multa passus fuit impedimenta, nō
Nee.4.6. tamen cessauit ab opere, donec murus fuit totaliter constitutus.
Quum Tobias semper ab infan
Tob.2. tia sua timuerit deum: non est contristatus contra dominum, ꝙ plaga cæcitatis euenerit ei, sed immobilis in dei timore permansit.
Eliachim sacerdos magnus, allocutus est omnem Israel, dicens:
Iudic.4. Scitote quoniā exaudiuit dominus preces nostras. Si manētes permanseritis in ieiunijs & orationibus in conspectu dei &c.
Scire cupiebāt famuli regis Aha
Esth.4.5 sueri utrum Mardocheus perseuerares in sententia, de non adorando

Aman: qui ita cōstanter perstitit in proposito, ut non solum adorare no luerit, sed nec ei assurgere trāseunti.

Socij Danielis constanter dixerunt regi Babylonis, Notum sit tibi rex, quod deos tuos nō colimus, & statuam tuam non adoramus. Dan. 3.

Non dimisit Daniel propter crudele decretum Darij quin oraret in die, sicut ante consueuerat, dominum suum. Dan. 6.

Constanter restitit Susanna duobus præsbyteris senibus, qui eam tam uehementi pulsatione tentabant. Dan. 13.

Multi de populo Israel diffinierunt apud se ut non manducarent immunda, & elegerunt magis mori, quam coinquinari immundis. 1. Ma. 1

Miram constantiam & perseuerantiā habuit Eleazarus in tormētis & magis elegit grauissima morte 2. Ma. 6.

puniri, quam contra legem carnes edere porcinas, uel simulare se comedisse.
2.Ma.7. Septem illi fratres cum pia matre sua, bene perseuerauerunt usq; in finem, nec poterant ad preuaricationem legis adduci blanditijs, aut tormentis.
Luc.1. Firmissimũ uirginitatis propositum habuit beata Maria uirgo, que noluit consentire in conceptione filij, donec intellexit quod hoc fieret non opere uiri, sed uirtute spiritus sancti.
Luc.13 Ponitq; Dominus exemplum de illo homine ab alijs illudendo, qui incepit turrim ædificare, nec potuit consumare.
Ioan.9. Cæcus natus, a domino illuminatus, constanter perseuerauit contra Pharisæos ueritatem confitens & defendens.
Act.1. Omnes discipuli domini erant p

seuerantes in oratione unanimiter cũ mulieribus, et Maria matre Iesu.

Principes Iudæorum uidentes Petri constantiã & ioannis, cõperto quod homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur. Actu. 4.

Videns Barnabas quod multi Antiochæni erant ad fidem conuersi, hortabatur omnes, in proposito cordis permanere in domino. Actu. 11

Paulus & Barnabas suaserunt fratribus ut p̃manerẽt in gratia dei. Actu. 13

Spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatur Paulo, quoniam uincula & tribulationes in Hierusalem sustinere debeat. Sed nihil horum (inquit) uereor, nec facio animam meam preciosiorem q̃ me. Act. 20.

De Bello corporali & uictoria, ut plurimũ, dicit̃ obtẽta.

Caput. LXXXI.

ABram cum paucis socijs suis debellauit quatuor reges: qui ta- Gen. 14.

men ita potentens erant, quod ipsi terras multas uastabant, & tandem quinque reges de Pentapoli uicerūt, & illos de Sodoma & Gomorrha spoliauerunt. Ipse uero Abram spolia recuperauit, & Loth nepotem suum liberauit.

Notandum, quod in bello iusto non tenetur homo inimicis suis pugnam prædicere, uel eos præmunire. Imo licet etiam eis insidias tendere. Sicut patet per Abraham. Et Iosue octauo & decimo. Idem patet de Gedeone.

Contra Amalech, filios Israel im-
Exo. 17. pedire nitentem misit Moyses Iosue ad pugnandum. Ipse uero in propria persona noluit, sed in oratione permansit, & plus fecit orando quā ille manibus feriendo.

Filij Israel moti, ualde animose ag-
Num. 14 gressi sunt bellum prohibēte Moyse contra Amalechitas & Chananæ

os. Illi autem percutientes & conci dentes filios Israel, percussi sunt usque Horma.

Rex Arad pugnauit contra filios Israel, & duxit inde prædam. Illi uero, uoto se domino postea obligantes, uicerunt eum, & urbes hostium subuerterunt. Num. 21

Ex præcepto domini pugnantes filij Israel contra Madianitas, tantam uictoriam habuerunt, quod tri gintaduo millia uirginum fuerunt in præda, & tamen de populo Israel non fuerunt, nisi duodecim milia pugnatorum. De quibus nec unus quidem in prælio mortuus est. Num. 31

Vociferante populo & clangentibus tubis, sicut præceperat Iosue muri Hiericho corruerunt, & sic capta est ciuitas. Iosue. 6.

Occasione preuaricationis Achã, filij Israel fugati fuerunt ab illis Iosu. 7. 8

de ciuitate Hai Post expiationē autem peccati, ad pręceptum domini, capta fuit ciuitas & subuersa.

Iosue. 10 Quū pugnaret iosue contra quinque reges, qui uenerant ad destruendum Gabaonitas, misit Dominus sup illos lapides magnos de cœlo, & multo plures de lapidibus mortui sunt grandinis, quam quos gladio percusserunt filij israel. Tunc ad uocem iosue, stetit sol per spatium unius diei, ut posset delere funditus inimicos suos.

Ibidem. Notabile est autem, quod licet in acquisitione Terræ promissionis dicatur, quod Iosue omnem terram percusserit cū regibus suis, & quod præter Gabaon, omnes debellando ceperit: tamen legitur ibi, Dominus autem israel pugnauit pro eo. Vnde quanuis filij israel manibus fortiter pugnarent, tamē deo attribuebatur uictoria.

Post mortem Iosue, filij israel nō leguntur iuisse ad prælium, nisi prius consulto domino, & sic iuerunt. Et tradidit dominus Chananæum & Pheresæum in manus eorum. Iudic. 1.

Multas gentes dimisit dominus inter filio israel, ut erudiret in eis israelem, & omnes qui nō nouerant bella Chananæorum & discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Iudi. 3.

Suscitauit dominus israeli saluatorem nomine Ahud, qui percussit Eglon regem Moab. Descēderūtq; cum eo filij israel, ipso in fronte gradiente, qui dixit ad eos, Sequimini me, tradidit enim dominus inimicos nostros in manus nostras. Et ꝑcusserunt de Moabitis circiter decē millia. Ibidem.

Dixit Delbora ad Barach, Surge, hæc est dies in qua tradidit dominus Sisaram in manus tuas. Perter- Iudic. 4.

ruitq; dominus Sisaram & omnes currus eius, ita ut omnis hostium multitudo usque ad internetionem caderet.

In trecentis uiris, qui manu ad
Iudi. 7. eos proijcientes aquas biberunt: liberauit dominus israel, de manu Madian & Amalech, qui erant in maxima multitudine tempore Gedeonis.

Abimelech filius Gedeonis ex
Iudi. 9. concubina, interfecit septuaginta fratres super unum lapidem ut solus posset dominari. Postea quædã mulier: cerebrum eius fregit: fragmen molæ iaciens super ipsum, dũ obsederat turrim Sichem, reddidit que illi dominus malum &c.

Trãsiuit Hiephthe ad filios Am
Iudi. 11 non, ut pugnaret contra eos: quos tradidit dominus. Percussitque. 20. ciuitates filiorum Amnon plaga magna nimis.

ut plurimum &c.

Ex magna fortitudine, quam de- dit dñs Samsoni multas uictorias obtinuit de Philistæis, q tūc graui seruitute opprimebāt filios israel. Iudi. 13.

Sexcenti uiri de tribu Dan, uene rūt in Lais ad populū quiescentē & securū & pcusserūt eos in ore gladij urbēq; incēdio tradiderūt, nullo pe nitus ferente præsidiū, eo qđ pcul essent a Sidone: & cum nullo homi num haberēt quicquam societatis, aut commercij. Iudi. 18.

Licet filij israel iuste mouerēt cō tra filios Beniamin, & essent plures septuplū quam illi: Tamen ipsi for titudine & numero cōfidentes: bis fuerunt debellati. Postea uero corā domino flentibus & ieiunantibus dixit eis dominus, Cras tradā eos in manus uestras: & tunc plenam uictoriam habuerunt de ipsis. Iudi. 20

Tēpore Eli sacerdotis, filij israel debellati fuerunt a Philistæis, & 1. Reg. 4

postea quasi tentantes deũ, tulerunt arcam domini secum, sperantes per eam præsumptuose uictoriam habi turos. Philistæi uero confortantes se mutuo, iterum uicerunt eos, & ar cam domini ceperunt in prælio.

Clamante ad dominum Samue-
Ibidem. le pro filijs israel, & sacrificium pro eis offerente, intonuit dominus fra- gore magno super Philistæis, & cæ si sunt ab inuicem inter seipsos, & fugati.

Cum obsessi essent uiri de iabes
1. Re. 11 Galaad, a Nahas rege Ammonita- rum, cito succurrit eis Saul. Nã cum multitudine bellatorum ingressus est castra, in uigilia matutina, & sic dispersi sunt inimici, ita ut nõ relin querentur in eis duo pariter,

1. Re. 14. Videns Ionathas filius Saul sta- tionem Philistinorum, dixit ad ar- migerum suum: Non est a Domi- no difficili saluare in multis, uel

paucis. Et accidit quasi miraculum a deo, fuit enim multitudo per eos prostrata, & huc illucq; diffugiens, ubiq; dispersa.

Ad mandatum Samuelis, percussit Saul Amalech, & apprehendit 1.Re.16 Agag regem Amalech uiuum, Omne autem uulgus interfecit.

Mirabile duellum fuit inter Dauid & Goliath Gethæum gigātem. 1.Re.17 Dauid enim erat puer ineptus, & sine militaribus armis: ipse autem cōfidens in domino, præualuit aduersus gigantem armatum, fortem, & expertum: et hoc in funda et lapide, in nomine domini.

Audiēs Dauid, quod Amalechitæ succenderunt. Sicelag, & captiuas duxerunt mulieres, consuluit 1.Pa.30. dominum utrum deberet persequi latrunculos illos. Dixitq; ei dominus, Persequere & cum quadringētis uiris debellauit eos, & prædā

integram reduxit.

Post multas persecutiones ini-
1.Re.31 quas, quas Saul commouit in Da-
uid, Philistæi pugnauerunt aduer-
sus eum, totumq; pondus prælij uer
sum est in Saul, ipse uero accipiens
gladium, ex desperatione irruit in
eum.

Mortuus est ergo Saul & tres filij
eius, & uniuersi uiri eius

Crudele bellũ fuit inter. 12. pue
2.Reg.2 ros Dauid, & 12. ex parte Isboseth
filij Saul, quãdo mutuo se occiderũt.

Audierunt Philistæi, quod Da-
2.Re.5.8 uid unctus esset in regem super Is-
rael, & ascenderunt uniuersi, ut quæ
rerent eum. Qui consuluit dominũ,
& percussit eos. Alia uice accidit ei
simile. Postea percussit iterum Phi
listæos, & tulit frenum tributi de
manu eorum. Item percussit Moab,
& factus est ei seruiens sub tributo.
Item percussit regem Soba, & de

Syria duodecim milia uirorum Seruauitq; deus Dauid in omnibus, ad quæcunq; profectus est.

Videns Ioab quod præparatum esset aduersum se prælium, & ex aduerso, & post tergum, dixit Abisai fratri suo, Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi adiutor. Si autem filij Amnon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto uir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate dei nostri. Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo &c. Inito prælio fugerunt omnes aduersarij. 2. Re. 10

Bellum inhonestum habuerat Absalom contra patrem suum Dauid, & male successit ei, & populo qui eidem adhæsit: ut scias populum non posse proficere, qui malo principi iniuste consentit. 2. Re. 18

Benadab rex Syriæ cũ. 32, regibus obsidebat Samariã, & uictus fuit, 3. Re. 20

& fugatus ad præceptum domini, pugnantibus cõtra eorum exercitũ tantum pueris principum prouinciarum, qui erant. 232. Sequenti anno uenit iterum Benadab cum maximo exercitu, & ceciderunt centũ milia peditum de Syris in die una, pro eo, quod dixerant: Deus est mõtium dominus, & non est deus uallium.

Cum essent congregati rex iuda & rex israel & rex Edom, ut pugna-
4. Re. 3. rent contra Moab, & magnum paterentur aquæ defectum, dixit Eliseus Propheta, Alueus iste replebitur aquis. Insup tradet dominus Moab in manus uestras.

Samaria tãdiu obsessa fuit a rege Syriæ, quod uendebatur caput asi-
4. Re. 6. 7 ni. 8. siclis argenteis, & .4. pars cadi stercoris columbini. 5. argenteis. Sed ad uerbũ Elisei, fugati sunt Syri, & ex hoc habuerunt maximam

rerum abundantiam.

Amasias rex iuda, obtenta uicto 4.Re.14.
ria de Edom, misit ad regem israel,
prouocans eum ad prelium, sed fuit
ab illo fugatus, & maga pars muro
rum ciuitatis Hierusalem destru-
cta fuit, occasione elationis ipsius
Amasiæ.

Licet Hieroboam filius ioas rex Eodem.
israel esset malus & populus eius;
tamen dominus per manum illius
saluauit eos, et multa bona fecit eis.

Bene & mirabiliter pugnauit do
minus pro Hezechia rege iuda, ad- 4.Re.15.
uersus Sēnacherib regem Assyriæ,
quando angelus domini, una no-
cte percussit de exercitu Sennache-
rib. 185000. Et ipse post a filijs suis
occisus fuit.

Abia rex iuda cum exercitu suo;
uidens quod instaret bellum ex ad- 2.Pa.13
uerso, & post tergum, clamauit ad
dominū. Et sacerdotes canerē tubis

cœperunt,& perterruit dñs Hieroboam,& omnem Israel. Et ceciderunt uulnerati ex Israel.50000.uirorum fortium. Humiliatiq; sunt filij Israel uehemētissime, & cōfortati filij Iuda,eo qđ sperassent in dño.

2.Pa.14. Egressus est contra Asa regem Iuda Zara Aethiops cū exercitu suo decies centenis milibus,& inuocauit Asa dñm,dicens:Domine nō est apud te ulla distantia,utrum in paucis auxilieris, aut in multis &c. Sequitur,Exterruit itaq; dñs Aethiopes,et ruerunt usq; ad internetionē, quia Domino cædente cōtriti sunt.

2.Pa.20 Congregati sunt filij Moab & Amnon,ut pugnarent contra Iosaphat.At ille contulit se totum ad rogandum dominum. Cumq; cœpissent oratores domini canere, uertit dominus insidias aduersariorum in seipsos,& mutuis uulneribus ceciderunt.

Phacee filius Romeliæ rex Israel, occidit de Iuda centum uiginti millia in una die omnes uiros bellantes, eo quod reliquissent dominum. 2.Pa.28.

Victoriam quam dedit dominus populo Israel, per manum Iudith, famosa est, ut in libro Iudith, quasi per totum. Vnde ipsa dixit, occiso Holoferne, Dominus omnipotens nocuit eum, & tradidit in manu fœminæ, & confudit eum. Iudit.16.

Videns Iudas Machabæus exercitum Seronis magnum, socijs timentibus ait, Facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu dei cœli liberare in multis, uel in paucis & cætera. Et contritus est Seron & exercitus. 1.Ma.3.

Idē Machabæus cū tribus millibus uiroꝝ qui tegumēta & gladios nō habebant, debellauit Gorgiam 1.Mac.4

cum magno exercitu.

Venit Bacchides in uirtute mul
1.Ma.9 ta,ut pugnaret contra ionatham, &
dixit ionathas ad suos, Pugnemus
& clamemus in cœlum, ut libere-
mur de manibus inimicorũ nostro
rum,quod & factum est.

De iuda Machabæo satis notabi
1.Ma.6. le est,quod cum toties pugnauerit,
&.9. & tot probitates fecerit, quandocũ
que pugnaturus orauit,& diuinum
auxilium inuocauit, semper uicit.
In duobus autem præcipuis bellis,
orasse non legitur. Vnum fuit con-
tra Antiochum Eupatorem. Secun
dum contra Bacchidem & Alchi-
num, & tunc ipse in prelio cecidit.

De impatientia & murmure. Caput. LXXXII.

Gen. 16. AGar ancilla Saræ non ferens
correptionẽ dominæ suæ,quę
affligebat eam propter ipsius
superbiam,fugã iniuit,sed ad mãda
tum

tum angeli re dꝗt.

Prępoſiti filiorum Iſrael dixe- Exod.
runt Moyſi & Aarō, Videat do-
minus & iudicet, quoniam fœte-
re feciſtis odorem noſtrum co-
ram Pharaone & c.

Videntes AEgytios filij Iſrael Exo. 14.
dixerunt ad Moyſen, Forſitan nō
erant ſepulchra in AEgypto, ideo
tuliſtis nos, ut moreremur inſoli-
tudine.

Prima murmuratio filiorū Iſra Exod. 15
el in deſerto, fuit pro defectu po-
tus. Murmurauit popul⁹ contra,
Moysē, dicēs Quid bibemus ? &c.

Deinde pro cibo, Murmura- Exo. 16
uit omnis congregatio filiorum
Iſrael, dicens. Cur induxiſtis nos
in deſertum, ut occideretis omnē
multitudinem fame ? Itē murmu-
rauit poſquam miſerat dominus
coturnices & manna, præ ſitis an-
guſtia

Cum patiebatur populus famã
Eodem in deserto, cum murmure & impatientia recordabatur carnium: quas cõederat ĩ AEgypto. Sed de durissima seruitute, qua opprimebatur, nõ faciebat aliquam mentionem.

Exod. 31 Videns populus quod moram faceret descendẽdi de monte. Moyses, congregatus aduersus Aaron, ait: Surge, & fac nobis deos, qui nos præcedant.

Num. 11 Ortum est murmur populi, quasi dolentium præ labore contra dominum, & accẽsus est in eos ignis domini, & deuorauit extremam castrorũ partem. Et nota puersitatem illorꝝ dicẽtium, Recordamur piscium, quos comedebamus In AEgypto gratis: cũ ira care emerã

Num. 16 Post terribilẽ mortẽ Chore, et cõplicum suorum multitudo murmurauit cõtra Moysen & Aarõ dicẽs: Vos ĩterfecistis populũ dñi.

Rursus propter defectũ potus & fructus murmurauerunt & iurgati sunt filij Israel cõtra Moysen, ad Aquas contradictionis. Num.20

Videns Achitophel, quod non fuisset factum iuxta consiliũ suum in tantum impatiens fuit, quod recessit ab Absalom, & abiens in domum suam suspendio interijt. Exod.3.

Quia durius locuti sunt filij Iuda cum illis de decem tribubus, separatus est Israel a Dauid, & secutus est Sebam filium Bochri. 2.Re.20

Cum dixisset Tobias de hœdo, quem balantem audiuit, Videte ne furtiuus sit, uxor eius impatienter respondit. Tob.2.

Sara filia Raguelis unam de ancillis suis pro culpa increpabat, & illa nimis iniuriose respondit, dicens: Amplius ex te non uideamus filium aut filiam super terrã interfectrix uirorum tuorum. Tob.3.

Iudic. 5. Nunctiatū est Holoferni, quod filij Israel præparassent se ad resistē dum. & furore nimio exarsit i, ira cundiam magnam.

Eodem. Item cum cessasset loqui Achi-or, indignatus est Holofernes ue-hementer.

Esther. 3 Pro eo, quod Mardochæus no-luit adorare Aman, ita ille īdigna-tus & impatiens fuit, quod uisus est procurare mortem eius, & om num Iudæorum.

Hio. 32. Videns Elihu filius Barachel, quod amici Hiob disputantes cū eo, non poterant eum conuincere, ostendit multa signa impatientiæ uerbis suis.

Dan. 3 Audiens Nabuchodonosor, qđ socij Danielis auream statuam q̄m fecerat, adorare nolebant, inira & furore eos corā se adduci pręcepit

Mat. 2 Audiens Herodes natum esse regem Iudeorum, turbatus est, &

omnis Hierosolyma cum illo.
Discumbēte domino in domo Matthæi murmurabant Scribæ et Pharisæi, dicentes ad discipulos eius: Quare cum peccatoribus & publicanis manducatis? Luc. 5

Simile habetur Luce decimoqn to. Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, &c.

Item de Zachæo murmurabāt dicentes: Quia ad hominem peccatorem diuertisset. Luc. 19.

Frater filij prodigi audiens festum, quod faciebat pater adolescē tiori filio reuertenti, indignatus est & nolebat introire. Luc. 15.

Videntes principes sacerdotū & scribæ miracula, quæ dominus faciebat, & pueros clamātes, Hosanna filio Dauid, īdignati sunt &c. Mat. 21

Pharisæi uidentes se per illum cæcum natum, a domino illuminatum, uerbis efficacibus confu- Ioan. 9

tar i maledixerunt ei & dixerunt Tu discipulus eius sis & in pctis
Actu.9 natus es totus, & doces nos?
Factum est murmur Græcorū aduersus Hebreos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano uidoæ eorum, & c.
De pusillanimitate. C.LXXXIII.
Gen.1 CVm dixissent angeli ad Loth in monte stultum te fac. Respondit, Non possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum Et tunc peius ei accidit.
Exo. 14 Videntes filij Israel Aegyptios post se, timuerunt ualde, licet uidissent tot miracula facta pro eis, potestate diuina.
Exo20 Loquēte domino Moysi in mōte, populus audiebat uoces, & lāpades, & sonitū buccinæ montēq; fumigantē, & perterriti ac pauore pcussi steterūt pcul, dicētes Moysi; Loqre tu nobis, & audiemus.

Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Num. 13 & 14

Reuelatione facta de cōditiōib⁹ terrę ꝑmissiōis q̄ hēbat cultores fortissimos & urbes grādes atq; muratas, dixerūt illi ď ppl'o, utinā mortui essem⁹ ī Aegypto: et dixerūt nūcij terruerūt nos. Sicut dixit: Deu. 1. Nu. 22

Videns Balaac rex Moab omnia, quæ fecerant filij Israel Amorrhæis, & quod timuisset ppl's eius plus cōfisus ē inuerbis, quam in armis unde nūcios misit ad Balaam ut ueniret & malediceret filijs Isrl'.

Exploratoribus, qui uenerant ex parte Iosue, dixit Rachab, Nou quod tradiderit dominus terram uobis, & iam irruit in nos terror uester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Iosue. 2

Postquam Achior tulerat de anathemate Hiericho, fugauerunt filij Hai filios Israel, & corruerūt. Iosue. 7

eis triginta ſex homines, pertimi-
nitque cor populi, & inſtar æquæ liquefactum eſt Ioſue uero, ſcidit ueſtimenta.

Ioſue. 9. Gabaonitæ audientes cuncta, quæ fecerat Ioſue Hiericho et Hai, timuerunt, & uenientes ad Ioſue, fecerunt pactum ad uoluntatem ipſius.

Iudic. 7. Cum haberet Gedeon in exercitu ſuo triginta duo millia hominũ, clamatum fuit, Qui formidoloſus eſt, reuertatur, Et reuerſa ſunt ex populo uiginti duo millia hominum.

1. Re. 17 Saul & omnes Iſraelitæ audientes ſermones Goliath Philiſtæi, ſingulare certamen petentis, ſtupebant nimis.

1. Re. 28 Congregauit Saul uniuerſum Iſrael, & uenit in Gelboe, & uidit Saul caſtra Philiſtijm & timuit, & expanit cor eius nimis.

Pa. 15. Roboam rudis & corde paui-

do, non potuit resistere exercitui, quem Hieroboam congragauit contra eum.

Cum audissent exercitus Assyriorum Holofernem esse decollatum, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugæ præsidium sumunt. Iudit.15

Nunciatum est domui Dauit, quod rex Israel, & rex Syriæ confœderati deberent contra Hierusalem præliari, & commotum est cor eius & cor populi eius, sicut commouentur ligna syluarum a facie uenti.

Onus Tyri describens Esaias, dicebat, Formido & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Esa.24

Propheta Hieremia ex parte Domini prophetante Hierusalem capiendam esse, dixerunt principes populi Sedechiæ, Rogamus ut oc Hier,38

cidatur homo iste, qui tanquam pauidus & miser respondit eis, Ecce ipse in manibus uestris est Neq; enim fas est regem uobis quicquam negare.

Dan 6. Darius rex Persarum statuit de cōsilio Satraparum quoddam crudele decertum: Quod cum transgressus esset Daniel, missus est in lacum leonum, & tamen displicuit regi, sed illis Satrapis uiriliter cōtradicere non audebat.

2. Mac 9 Vidēs Iudas Machabæus quod defluxerat exercitus suus, & bellum perurgebat eum, confractus est corde, & in bello illo cecidit. Nec legitur idē iudas alias in bellis uel alibi, timuisse.

.Ma. 14 Nicanor contraxit amicitias cū Iuda Machabæo, quod displicuit Antiocho regi & mandauit Nicanor, ut hinc mitteret ei Iudam qui hoc inuite faciebat, sed tamen

uoluntati regis resistere non aude
bat. Vnde si potuisset, malam uo-
luntatem regis implesset.

Ambulans supra mare Petrus, Mat. 14.
ueniebat ad dominum. Videns au
tem uentum ualidum timuit.

Pusillanimitas uidetur fuisse in Ioan. 3.
Nicodemo, q̃ ipse uenit ad Iesum
nocte, quasi non uenire auderet
de die.

Videntes disci puli capi domi- Mat. 26
num & ligati, relicto eo fugerunt
omnes, Petrus ac autem sequebaẽ
eum a longe, quia appropiare non
audebat.

Arguit dominus pusillanimita
tem discipulorum, quia commo- Mat. 8
tionem maris ip̃o præsente time-
bant: unde ait, Quid timidis estis
modicę fidei

Pusillãimis. Petrus fuit nimis q̃n Mat. 26
do ad uocẽ unius ancillę, dominũ
post tãtæ audaciæ uerba negauit.

Mar. 4. Similiter adolescens ille amictus sindone, cum teneretur a ministris, maluit amittere sindonem & nudus aufugere, quam ibi amplius remanere.

Ioan. 9 Parentes illius cæci nati a domino illuminati, responderunt timide Pharisæis, eo quod timebant extra Synagogam fieri.

De fortitudine ad faciendum malum. Capi. LXXXIIII.

Gene. 4. CAin fuit fortior quam Abel, quando consurrexit aduersus eum, & interfecit eum.

Gen. 14. Multum laborauerunt illi quatuor reges, qui post magnam stragem hominum debellauerunt regem Sodomorum cum cæteris, & Loth nepotem suum Abrahæ captiuum duxerunt.

Iud. 9 Abimelech filius Gedeonis fatigationem magnam sustinuit, oc

cidendo.70.fratres suos,& postea
Sychimitas oppugnando:& dein-
de satis cito miserabiliter occisus.

Multis & magnis periculis & 1.Re.18
laboribus Saul se exposuit ad per-
sequendum Dauid, & nunquam
propositum potuit obtinere.

Absalom uolens expellere pa- 2.Re.15
trem suum de regno,grande nego
tiũ arripuit,& pessime ei successit.

Excogitando & bellando mul- 2.Re.12
tum laborabat Hieroboam,ad hoc
quod populum Israel posset a do-
mo Dauit auertere,& auersum re-
tinere.

Terras multas perambulauit Iudith.2
Holofernes & deuastauit, ut eas
posset domini sui imperio subiu-
gare.Sed tandem una mulier deca
pitauit eum,etiam antequam pro-
positum compleuisset.

Antiochus Epiphanes multos 1.Ma.9
labores sustinuit,ut cultum dei de

ſtrueret in Iudęa,& tandem depau pertatus & confuſus, in aliena ter ra miſerabili morte defunctus ē.
Mat.2 Nō ſolum prudētiores,ſed etiam potētiores ſunt filijs huius ſeculi fili is lucis,in gnatiōe ſua frequēter.Nā diſcipulis dormiētibus, Iudas pro curando proditionem diu ſolici tus uigilabat.
Mat.28. Principes ſacerdotum multa ſo licitudine & labore fatigati fue runt ad hoc, quod poſſent extin guere,& ad nihilum redigere no men Chriſti,corruperunt enim cu ſtodes dominici ſepulchri per co pioſam peccuniam quam deder runt,ut dicerēt eum per eius diſci pulos fuiſſe furatum.
Actu.34 Item & diſcipulos eius nunc carceribus monuerunt, nunc ſer monibus arctauerunt tunc uerbe ribus & cōtumelijs affecerunt,tu nō loqrentur,nec docerēt in nomi

ne domini Iesu.

Cum tribunus Lysias uinctum Act. 23
detineret Paulum, fuerant ampli-
us quam 40. Iudæi, qui uouerunt
se non gustaturos quicquam, do-
nec occiderent Paulum, unde uo-
lebant ut producerẽtur Paulus in
medium, ut eo uiso, statim cum
impetu occiderunt eum.

De Homicidio. Capitu. LXXXV.

GRauiter deus homicidum cõ Gene. 4
missum a Cain puniuit, & ta 1. Re. 17
men nondum erat prohibitum ali Exod. 2
qua lege scripta occidit Cain Abel 3. Re. 2
fratrem suum, Moyses Aegiptum Ma. 16.
Dauid Goliam, Ioab Abner & A- Actu. 5
masam, Salomon Abdomam Io-
ab & Semei: Herodes Ioannem
Baptistam: Petrus Ananiam &
Saphiram. sed considera uarias in
tentiones & causas. Voluit domi-

nus ut homo uehementer abhorreret homicidium. Vnde & sanguinē in carne ꝓhibuit, Genesis nono

Gen. 27 Homicida deberet reputari quasi occisus, unde dixit Rebecca: Cur utroq; orbabor filio in ira dei? Quia si occidisset Esau Iacob, utrūq; perdidisse filium reputabat.

Iudic. 8. Si Zebee & Salmana fratres Gedeonis non occidissent, nequaquā post ab eodem occisi essent.

Iudic. 9. Abimelech filius Hierobaal, occidit 70. fratres suos, ut solus posset regnare. Sed ipse ibi modico tēpore dominatus fuit, multa mala sustinuit, & male uitam finiuit.

1. Re. 22 Quia sacerdos Abimelech confortauit Dauid, fugientem Saul, ipsius Dauid persecutor Saul, occidit eum cū alijs sacerdotibus, mulieribus, & paruulis.

2. Reg. 1 Occidi fecit Dauid adolescentem, qui dixit se Saul occidisse.

Item

Item fecit occidi Vriam per ma 1.Re.11
num Ioab.
Absalom inuitatum ad conuiui Re. 13
um fratrem suum Amnon, illum
ibidem occidit.
Tantus est horror effundendi 3.Re .7.
humanum sanguinem, quod licet
alias Dauid esset optimus, tamen
noluit dominus, ut ædificaret ei tē
plum, sed Salomon filius.
Quanuis Ioab fuerit miles pro
bus in armis, & domino suo ual 3.Reg.2
de fidelis, quia tamen occidit du
os uiros proditorie, omnes eius
gratiæ, quasi pro nihilo computa
tæ fuerunt. Vnde fecit eum occidi
Salomō, licet teneret cornu altaris.
Procurante impia Iezabel. Na
both fuit crudeliter lapidatus. 3.Re.21.
Rex Iuda Ioas iussit Zachariam
filium ioiadæ sacerdotis a populo 2.Pa.24
lapidari, cum tamen pater illius re
stituisset illi regnum, & Athaliā oc

cidiſſet.

Dan.13. Duo ſenes preſbyteri, qui mortem Suſannæ nequiſſime cogitabant, conuicti per Danielem, a populo ſunt occiſi.

1.Ma.13 Occidit Tryphon Ionatham et duos filios eius: cum tamen recepiſſet, Simone centum talenta argenti pro liberatione Ionathæ, duos eius filios pro obſidius.

1.Ma.16 Ptolomæus filius Abobi fecit conuiuiũ ſummo ſacerdoti & duobus filijs eius, & cum inebriati eſſent, proditorie occidit eos.

De ſtragibus hominum diuerſis. Caput LXXXVI.

Gene.7. TErribilis hominum & aliorum animalium ſtrages fuit quando tẽpore Noe, omnes homines, præter octo diluuto perierunt.

Illi quatuor reges, qui debella-

Gene.14 uerunt quinq; reges, magnam cæ-

dem hominum fecerunt, nenīēdu usque illud, & pugnando contra illos, licet eorū numerus sit scriptus.

Quot homīes diuersis plagis perieruut in AEgypto, & submersi sint in mari rubro numerus ꝑ scripturam non potest sciri, sed debet maximus reputari. Exodi per totū

De sexcentis milibus hominum bellatorum, a. 20. annis & supra, q numerati sunt, nullus intrauit promissionis terram exceptis Caleph & Iosue, sed omoes interierunt uarijs calamitatibus in deserto. Num. 1.

Maximam cædem fecerunt filij Israel præcepto Moysi de Madianitis, quod per prædam quam rapuerunt potest deprehendi: quia. 32000. uirginum sunt inuenta Omnes autem mulieres corruptæ, & masculi fuerunt iugulati. Num. 31

Tempore Iosue in ingressu ter- Iudic. 7.

ræ promiſſionis, tam in ciuitatibus, quam in campis, fuit apud homines infinitus numerus occiſorum.

Temporibus autem Delboræ, & Gedeonis, & Hiephthe iudiciũ Iſrael, multi fuerunt occiſi, quãuis certus numerus nõ poſſit haberi.

Iudi. 20 Occaſione uxoris Leuitæ, fuerunt occiſa ſeptuaginta milia hominum bellatorum, præter mulieres & paruulos: qui omnes in tribu Beniamin perierunt.

1. Reg. 4 In diebus Heli, quando fuit capta arca domini, ceciderunt de iſrael. 30000. peditum pugnatorum.

1. Re. 14 Saul qui Amalech deleuit, plurimos ibi occidit.

1. Re. 17 Et poſtea ĩterfecto Goliath Philiſtęo multi Philiſtæi fuerũt occiſi

1. Re. 31 In morte Saul & filiorum eius, multi de iſrael ceciderunt.

2. Regũ per totũ David de ſuis, & de filijs Ammon, & de Philiſtæis multum ſan

guinem fudit. Sicut patet in diuer
sis locis &c.

Pro peccato elationis Dauid in 2.Re.24
numeratione populi, ceciderunt
50000.uirorum.

Congregatis 32.regibus,& ni- 3.Re.20
mia multitudine pugnatorum, Be
nadab rex Syrię,bis fugatus est ab
Achab rege israel:& secunda uice
centum millia peditum ex parte
Assyriorum occisa fuerunt.

Abia rex iuda,&exercitus eius, 2.Pa. 13
uulnerauerunt uno die de exerci-
tu Iereboam.50000.uirorum fortiũ.

Asa rex Iuda,habuit in exerci- 2.Pa.14.
tu suo quingenta & octingenta
millia:Aethiopes uero fuerunt de-
cies centena millia,& ruerunt Ae-
thiopes usque ad internetionem,quia
domino cædente contriti sunt.

Rex Israel Phacee filius Rome 2.Pa.28
liæ,occidit de Iuda centum millia
hominum uirorum bellatorũ die

una, eo quod dereliquissent dominum.

Alij Samariam Hier. 39

Quando Salmansar cepit Salmenam & transtulit filios Israel in Assyrios, Et quando Nabuchodonosor cepit Hierusalem, & captiuauit regẽ Iuda, satis est uerisimile multos homines corruisse, licet numerus non sit certus.

Esther. 9

Occasione superbi & crudelis Aman, q ꝓpter solum Mardochæum uoluit cęteros iugulare Iudęos & occiderũt Iudæi in regnũ Ahasueri 750000 hominum, quos suos reputabant inimicos.

1. Ma. 12

Misit Ionathas Demetrio apud Antiochiam, 3000. uirorum in auxiliumcontra illos de ciuitate, qui uolebãt Demetrium ocidere, et occisa sunt una die de Antiochænis centum milia hominum.

2Ma. 5

Tanta cædes hominum fuit in Hierusalẽ, quando Antiochus Epi

phanes eã cepit , quod toto triduo fuerunt interfecti octoginta millia hominum , & quadraginta millia uincti, non minus uenundati.

Aduersus Galathas, sex milia soli, peremerunt centum uiginti millia ꝓpter auxilium illis datum de cœlo &c. 2.Ma.8.

Præter prælia quæ commisit Iudas Machabæus contra Apollonium & contra Seron principẽ exercitus Syriæ, de quibus agit.1.Machabeorum.3.Legitur ipse Machabeus .12.specialiter habuisse conflictus: uidelicet, ab octauo cap.2.libri usqꝫ in finem. In quibus occiderunt.9000.hominũ de illis qui erant cum Nicanore. Pugna Iudæ

Deinde 2000 cum Timotheo & Bacchide.

Postea uero 25000 de Idumæis

Iterũ de Idumæis 24000 in duabus turribus inimicis.

Consequenter 21000.cum Timotheo.

Item 12000.cum Lysia.

Postea 10000.in quodam prædio Timothei.

Item 30000.cum Timotheo.

Deinde 25000.in Carmon fortissima ciuitate.

Item in alia ciuitate nomine Ephron 15000.

Postea in castris Antiochiæ & Eupatoris interfecit 14000.

Tandem occisus Nicanor cum 25000.pugnatorum. Summa omnium,ducenta & 36000. hominũ præter illos,qui quandoq; de Iudæ exercitu ceciderunt.

Item exceptis illis,qui in diuersis munitionibus & prælijs occubuerunt,quorum certus numerus non habetur. Non computantur etiam hic qui in ultimo Iudæ bello contra Bacchidem & Alchinũ

mortui ſunt, ubi factum eſt præ-
lium a mane uſq; ad ueſperam, ubi
etiam dicitur quod Iudas cecidit,
& cæteri fugerunt.

De abſtinentia & ſobrietate.
Caput. LXXXVII.

PRæcepit dominus Adam di- Gen. 2
cens, Ex omni lingo paradiſi
comede, de ligno ſcientiæ bo
ni & mali ne comedas. In quo ab
ſtinentia commendatur, dum non
omini cibo uoluit hominem uti
in paradiſo.

Moyſes fuit in monte cum do- Exo. 24
mino 40. diebus & 40. noctibus,
& non manducauit nec bibit. Ab-
ſtinentia enim bona diſpoſitio eſt
ad percipiendas reuelationes diui-
nas, & homo refectus diuina con-
ſolatione, ſolet corporales delitias
abhorrere.

Filijs Iſrael præcepit dominus Leui. 11.
a multis cibis abſtinere.

Num. 6 Vir ſiue mulier cum uotum fe-
cerit ut ſanctificaretur, & ſe uoluit
domino conſecrare, a uino &
omni eo quod inebriare poteſt ab
Iudi. 13 oſtinebat.

Vxori Manue liberatorem po
puli concepturę, angelus apparens
Luc. 5 abſtinentiam indixit.

Ad commendandam ſobrieta-
tem, quæ eſt in eſu piſciū, & in ab
ſtinentia a carnibus, multum facit
quod dominus in euangelio pluri
es multiplicauit piſces non carnes
Vnde ad præceptum domini con
cluſerunt diſcipuli multitudinem
piſcium copioſam.

Pręterea panes et piſces bis mul
tiplicaſſe legitur, nunquam carnes
De quinq; panibus & duobus pi-
ſcibus. Mar. 6. Luc. 9. Item de eo-
dem Ioan. 6. De ſeptem panibus
& paucis piſciculis ab ipſo domi-
no multiplicatis habetur Mat. 15.

Mar.5. Actu. 2

Volens Petrus rationabiliter ostendere, quod discipuli spiritusancto pleni non essent ebrij, dicit quod adhuc non erat hora diei tertia. Dans intelligere, quod ante horam tertiam esset incōueniens mãducare.

Populus Israel erat in castris esuriens, & erat mel per agrum & nullus comedit de eo, quam Ionathas filius Saul. 1.Re.14

Cum desiderasse Dauid aquam de cisterna Bethlehem, allatam postea noluit bibere, quia nimis auide concupierat illam. 1.Re.23.

Tenuis uictus sufficiebat Helię qui petijt a uidua Sareptana paululum aquæ, & bucellam panis. 3.Re.17

Vxor Hieroboam uadēs ad Heliam prophetam, tullit decem panes, & uas mellis, non fit ibi mentio de carnibus, qa supponebat ꝑ 3.Re.14

3.Re.19 phetam non uescit talibus cibis.
Notabile est, quod Heliam pauerunt corui carnibus bis in die. 3.Reg.17. Sed angelus domini ostendit ei panem, & uas aquæ semel tantum.

3.Re.21 Audiens Achab comminationem sibi factam a domino per Heliam prophetam, post occisionem Naboth, operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulabat demisso capite: propter quod dominus illam quam comminatus fuerat, temperauit pœnam.

1.Esd.8 Esdras prædicauit ieiunium, & fecit quod omnes affligerent animas suas, quia petierant a domino ut uiam rectam & prosperã daret eis. Sequitur, Ieiunauimus & rogauimus dominum, pro hoc & euenit nobis prospere.

2.Par.2 Congregati sunt filij Heli & fi

Iij Amnon, & cum eis de Ammonitis, ut pugnarent contra Iosaphat regem Iuda. Quod ille audiens, totum se contulit ad rogandum dominum, & prædicauit ieiunium in uniuersa Iuda. Sequitur quod uictoriam obtinuit.

Rogaturus Neemias Artaxerxen regem pro ciuitate sancta, ut muri eius possent reparari, dicit de eipso, ieiunabam & orabam faciem dei cœli. Nee. 1.

Paulus & Barnabas quum constituissent in diuersis ciuitatibus, per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos domino, in quem crediderunt. Act. 14

De Tobia iuniori & socero eius ac cæteris amicis dicitur, Cum timore domini conuiuia nuptiarum exercebant. Angelus etiam postea dicit utriq; Tobiæ, Bona est ora- Tob. 9.

tio cum ieiuno & eleemoſyna.

Iudic. 4. Audientes filij Iſrael terribilem potentiam Holofernis, humiliaue-ruut animes ſuas in ieiunijs.

Iudic. 8. De Iudith etiam dicitur, qnod ieiunabat omnis diebus uitę ſuę, prę ter Sabbata & feſta & Neomenias domus Iſrael.

Allocutura regem Ahaſnerum, dixit Eſther Mardochæo, Congrega omnes Iudæos, quos in Suſis reperies, & orate pro me: non comedatis & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus, & ego cum ancillis mei ſimiliter ieiunabo.

Hie. 3 Commendatur a domino abſtinentia Rechabitarum, quia noluerunt bibere uinum, ſicut præceperat eis pater eorum.

Ezec. 4 Duram diætam impoſuit dominus Ezechieli prophętę, dicens. Sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, &

uitiam & c.
Proposuit Daniel in corde suo, Dani.1.
ne pollueretur de mensa regis. Se-
quitur, Pueris illis dedit dominus
scientiam & disciplinam &c. Dan.10.
Daniel per tres hebdomadas pa-
nem desiderabilem nõ commedit,
& caro & uinum non introierunt
in os eius, et tunc mirabilem osten
dit ei dominus uisionem. Gregori
us in homilia Pentecostes dixit,
quod spiritus sanctus abstinẽtem
impleuit puerum, & prophetam
iudicem senum fecit, sicut apparet
Danielis.10.
Panẽ et pulmentum misit domi Dani.14
nus per prophetam Abacuc Danie-
li positu in lacu leonem, nõ carnes
aut alia cibaria delicata.
Eleazarus uir ætate prouectus, 2.Ma.7
maluit occidit crudeli mortem,
quam carnes porcinas contra le
gem manducare, uel etiam si--

mulare se comedisse.

Ibidem Contigit septem fratres cū matre eorum compelli a rege carnes porcinas contra legem manducare: illi uero magis elegerunt crudelissima tormenta sustinere.

De beato Iohanne Baptista dicitur, quod eius esca erat locustæ & mel syluestre.

Multam abstinentiam in cibo

Mat. 12 & potu dicebatur facere, quasi nō manducans nec bibens, scilicet Ioannes.

Luc. 2 Anna prophetissa filia Phanuel, inter cætera commendatur, quod non discedebat ex templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens die ac nocte.

Saluator noster post baptismū,

Mat. 4 statim ductus est in desertum, &

Luc. 4 ibi ieiunauit donec esuriret. Contra illos qui ieiunant cum fœditate conscientiæ, uel qui nolunt tem

pore

pore ieiunij esuriem sustinere.

Filij Israel de duodecim tribubus primo & secundo a filijs Beniamim debellati, postea fleuerunt coram domino, & ieiunauerũt die illo, & sic præualuerunt in illos. Iud. 10

Philistæi tempore Heliæ debellauerunt filios Israel, una uice, & altera, & arca domini fuit capta. Tertio postea congregati sunt Philistæi sub Samuele. Sed filij Israel ieiunauerunt die illa atque dixerunt, Peccauimus domine &c. Sequit. Quod cæsi sunt a filijs Israel. 1. Reg. 4

Post resurrectionem etiam septem discipulis piscantibus & non prendẽtibus, manifestauit se Saluator, dicens: Mittite in dextrã nauigij rete, & inuenietis. Sequit. Quod extraxerunt rete plenum magnis piscibus & de piscibus illis dedit dominus discipulis suis. Populo autem Iudaico tanquam carnali & Ioan. 21

de carne curanti, dedit deus carnes ad uescēdum, licet in malū ipsius.

Mat. 26 Multū ualet abstinentia, ad hoc
Mar. 14 quod homo possit uigilare facilius
Lucę. 22 et orare. Nā post cœnā increpauit Domin⁹ discipulos suos, dicēs: Nō potestis una hora uigilare mecū?

Luc. 24 Saluator noster, cuius actio est nostra instructio, nunq̄ legitur carnes comedisse, nisi de agno Paschali. De pisce uero sibi allato ad mā-
Ioan. 21 ducandum, comedit.

Lucę. 10 Mittens dominus discipulos ad prædicādum dixit, in quācunq; domum intraueritis &c. edentes & bibentes, quæ apud illos sunt. Hoc est ut essent contenti cibarijs quæ haberēt, non curiose alia quærerēt.

Act. 10 Cum esuriet Petrus in domo Simonis coriarij, cecidit super eum mentis excessus, & uidit cœlum apertum &c. In qua etiam uisione oblata sunt sibi animalia, secundū

legem uetita. Qui comedere renuit quanuis ut dictum est esuriet.

Erant in ecclesia, quæ erat An- Act. 13
tiochæ, prophetæ & doctores &c. Ministrantibus autem illis dño, & ieiunãtibus illis, dixit illis spũs sã- ctus, Segregate mihi Paulum &c.

Conuerterunt filij Israel in ieiu- Neem. 9
nijs & in saccis & humo super eos &c. Et steterunt, & confitebantur peccata sua, & legerunt in uolu- mine legis.

Quum esset factum prandium bonum in domo Tobiæ, & audis- Tob. 2
set unum de filijs Israel iugulatum iacere in platea, statim exiliens de accubitu suo, relinquens prãdium, ieiunus uenit ad corpus.

De seipso loquẽs Daniel ait, Po Dan. 9
sui faciem meam dominum deum rogans & deprecans in ieiunijs, sac co, & cinere. Et tunc percepit spe cialẽ reuelationem de icarnatione

Baruc, Baruc legit uerba libri sui ad aures Iechoniæ filij Ioachim regis Iuda, & ad aures populi uniuersi, qui audientes plorabant & ieiunabãt, & orabant in conspectu domini.

De gula & ebrietate. Cap. LXXXVIII.

Gene, 3. PRimum hominis peccatũ, uitio gulæ fuit completum.

Gene. 9. Noe bibens uinum, inebriatus & nudatꝰ est ĩ tabernaculo suo.

Gene. 1. Loth inebriatus incestum cum proprijs filiabus commisit &c.

Gen. 25 Esau pro lentis edulio uendidit primogenita sua. Sedit populus mã ducare et bibere et cœperũt ludere.

Leuit 3 o Dixit dominus ad Aaron, Vinũ & omne quod inebriare potest non bibes tu & filij tui quando intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini.

Num. 6. Quicunque fecerat uotũ in lege & se uolebat domino consecrare, a

uino et ab omni eo quod inebriare poterat, abstinere debebat.

Flagrauit populus desiderio carnium, sedens & flens, & ait, Quis dabit nobis ad uescēdū carnes &c. Num. 11

Prima tentatio filiorum Israel fuit de potu: secunda de cibo: & postea simili occasione multoties peccauerunt. Exod. 16

In trecentis uiris, qui ad aquas lambuerunt, et moderate biberunt liberauit dominus Israel de manu Madian. Iudic. 7.

In epulis fiunt homines audaciores & loquaciores. Iudic. 9.

Inter epulas et pocula, maledicebant Abimelech.

Epulantibus Philisteis & lætantibus, domus cecidit super eos. Iudic. 16

Nolebāt filij Israel carnes coctas ab offerētibus accipere: sed crudas, ut eas sibi lautius præpararent. 1. Reg. 2

Cōmedit Ionathas modicū mel 1. Re. 14

lis, contra inibitionem patris, & ideo occisus a patre fuisset, nisi po pulus occurisset.

2.Re.13. Amnon filius Dauid in cõuiuio Absalom temulentes fuit occisus.

3.Re.20 Benadab rex Syriæ temulentus, in tabernaculo suo habebat maximam multitudinem bellatorũ, & tamen uictus fuit, & fugatus per pueros principium prouinciarũ.

Neem.9 Comederunt & saluti sunt, im pinguati & abundauerunt delitijs in bonitate tua magna, prouocaue runt autem te ad iracundiam.

3.Esd.3 Prȩualet uinũ oĩbus hoĩbus, qui bibunt illud, seducit mentem, itẽq; regis & orphani facit mentẽ uanã.

Iud.13. Holofernes bibit uinũ multum nimis, q̃ una die nunq̃ biberat ĩ ui ta sua, & post pauca seqtur, Erat Iu dith sola in cubiculo Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebrie tate sopitus, Quo facto Iudith ha-

buit oportunitatẽ occidendi eum.

Egressus ad Aman a cõuiuio Re- Esth.
ginę lætus et alacer, sed in crastino
fuit tristis et cõfussus, cum decem
filijs suis patibulo crucis affixus.

Nouerat Hiob multa in conui- Hiob. 1.
uijs peccata: idcirco postquam epu
lati fuerãt filij eius, cõsurgẽs dilucu
lo offerebat holocausta p singulos.

Pro tempore illo, quo debebat Esa. 22.
destrui Hierusalẽ, dicitur, Vocauit
dñs ad fletum & planctum, & ecce
gaudium & lætitia: occidere, uitu
los, iugulare arietes, comedere car
nes, et bibere uinum. Comedamus
& bibamus, cras enim moriemur.

Sacerdos et propheta nescierunt Esa. 28
præebrietate, absorpti sunt a uino,
errauerunt in ebrietate. Omnes
enim mensæ repletæ sunt uomitu
sordiumq; &c.

Ptolemæ' filius Abobi, fecit cõ- 1. Ma. 16
uiuiũ Simoni sacerdoti, & duobus

filijs eius, & cum inebriati essent, occidit eos.

Gene. 3. Primi parentes, per esum ligni ueititi, peccauerunt.

Filij Israel uenientes in desertũ, primo pro aquis amaris, deinde ꝑ defectu cibi murmurasse leguntur. Exodi. 16.

Mat. 4. In tentatione domini secundum Mat. & Luc. legitur: Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant &c.

Herodes natalis sui cœnam fe-
Mat. 14 cit, filia uero Herodiadis ibi salta-
uit, & Herodi, simulque recumbē-
Mar. 6. tibus placuit. Quia & hac occasio-
ne decollatus est Ioannes Baptista ad petitionem illius saltatricis.

Spiritus immundi loca immun-
Lucæ. 8. da diligunt. Vnde dæmoniacus il-
le, qui habebat legionem in corpore, habitabat in monumentis, & dęmones illi rogabãt dñm Iesum, ut exeuntes immitterentur in porcos

non in boues vel agnos, quæ sunt munda animalia, mundo uescentes cibo.

Contra edaces & comessationibus uacantes, multum ualet exemplum diuitis epulonis, qui conquerebatur se pati lingua specialem cruciatum, Luc. 16.

De Matrimonio. Cap. LXXXIX.

QVod uxor debeat esse uiro suo socia & æqualis quoad multa, nõ domina uel ancilla, patet per hoc, quod Euam formauit dominus de costa Adæ, non de capite uel de pede. Itẽ patet, quod uir est caput uxoris, quia fuit ei quodammodo principium essendi, & facta est mulier de uiro suo, non uir de muliere. Debet esse uir magister & doctor, Vnde præceptum a deo fuit datum Adę, & per Adam Euæ. Gene. 2.

Ibidem Quod unus uir, unam tantum uxorẽ habere debeat, sic dominus dicens, ait: Erunt duo in carne una.

Gene. 4 Ante diluuium, solus Lamech duas uxores legitur habuisse.

Gene. 7. In Archa Noe tot uiros quot fœminas iussit dominus reseruari, ut uidelicet esset unica unici.

Gen. 12 Aegyptij tempore Abrahę plus abominari uidebãtur adulterium, quam homicidium: unde timebat Abraham ne eum occiderent, & post modum Sarai uxorem suam Pharaoni offerrent, quasi nollet eam cognoscere quãdiu crederetur maritum habere.

Gen. 14. Sara uxor Abrahæ, obediebat marito, et dominus eum uocabat.

Gen. 21 Item etiam Abraham, illius uotis condescendebat interdum.

Gen. 20 Proptẽ Sara uxorẽ Abrahã, flagellauit dñs Faraonẽ plagis maximis.

Abimelech dominus per somni

um minando exterruit.

Consensus exigitur ad matrimonium, Vocemus puellam, & quæramus ipsius uoluntatem. Gen. 24

Ille blasphemus qui fuit lapidatus in deserto, fuit filius mulieris Israelitidis de uiro Aegyptio generatus. Per quod haberi potest, quod non expedit de diuersis ritibus matrimonia copulare, quia liberi inde nati, male imbuuntur. Leu. 24

Secretum quod Sanson parentibus suis dicere noluit, uxor eius extorsit ab eo in damnum ipsius. Iud. 14.

Dixit Helcana ad Annam, Nunquid ego melior sum tibi, quam decem filij? 2. Reg. 1

Nabal durus & pessimus & stultus habuit uxorem Abigail, quæ erat prudētissima, et speciosissima. 1. Esd. 10

Quanuis haberet Dauid multas uxores, tamen adulterium cum Bathsaba commisit. Neem. 3

Tob. 3. Ioram rex Iuda, fecit malum co ram domino, & ambulauit in uijs Achab. Et subditur causa huius, Filia enim Achab erat uxor eius.

Tob. 6. Filij transmigrationis, qui dixerunt uxores alienigenas secundum mandatum Esdræ, dimiserunt eas.

Eodem. Videns Neemias Iudęos ducentes uxores alienigenas, obiurgauit eos, & maledixit, & uerberauit aliquos, & decalcauit.

Tob. 3. Sara filia Raguelis, dicebat ĩ oratione sua, Virum autem domine in timore tuo, non cum libidine mea, consensi suscipere.

Tob. 6. Dixit angelus Tobiæ, In eos, q̃ coniugium ita suscipiunt, ut deum a se & a sua mẽte excludant, & suæ libidini ita uacẽt sicut equus et mulus, habet potestatem dæmonium.

Eodem. Prima nocte qñ introductus est Tobias iunior cũ uxore, hortat' est uirginẽ, dicẽs ei; Sara surge, & dep̃-

cemur dn̄m hodie & cras & secun do cras, quia istis tribus noctibus deo iungimur. Tertia autem nocte transacta, in nr̄o erimus coniugio.

Honestam causam ducendi uxorem exposuit angelus Tobiæ, Accipies uirginem cum timore domini, et amore filiorum magis, quam libidine ductus.

Parentes Saræ monuerunt eam honorare soceros, diligere maritū, regere familiam, gubernare domū & seipsam irreprehensibilem exhibere. Tob. 10

Mulieres translatæ de terra Iuda in Aegyptum, quæ sacrificabant reginæ cœli, excusabant se per uiros suos qui similia faciebant. Hier. 44

Pro seruanda fide matrimonij Susanna exposuit se morti, & infamiæ: nisi ei per Danielem iustus dominus prouidisset. Dan. 13

Saluator noster conuiuio nuptia Ioan. 2.

rum non dedignatus est interesse,
Ioan.3. Ioãnes Baptista fuit decollatus,
Mat.14 q̃a Herodẽ de adulterio arguebat.
Quærentibus Pharisæis, Si lice
Mat.19. ret homini dimittere uxorem qua
cunque de causa: Dixit dn̄s, Quos
Deus coniunxit, homo nõ separet.
Luc.14 Item ad illos, qui ad cœnam ma
gnam uocati fueruut, & non iue-
runt, ille qui uxorem duxit, non ro
gauit se excusatum haberi. Quia sta
tus ille hominem uehementer alli-
cit, & sæpe retrahit a diuinis.
Ioan.7 Quantum ad actum coniugalẽ,
ad paria ul' similia iudicat Aposto
lus uirum & uxorẽ: Mulier sui cor
poris potestatẽ non habet, sed uir.
Similiter autẽ, & uir sui corporis
potestatem non habet, sed mulier.
Acto14. Ananias uxore sua conscia Sa-
phira fraudem fecit de pretio agri
uenditi, sed ambo grauissime sunt
puniti.

De castitate. Cap. XC.

QVandiu primi parentes in paradiso fuerunt, uirgines extiterunt, sed ipsis electis dicitur: Adã cognouit Euã uxorem suam. Gene. 4.

Cum Sichem uiolasset Dynam filiam Iacob, fratres eius irati sunt ualde, eo quod fœdam rem operatus esset in Israel, & uiolata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset. Tandem & uolatorem & patrem eius et eorum populum occiderũt. Gen. 34

Nota quod hoc fuit ante legem scriptam sub lege naturæ, quantum ergo sub lege gratiæ, uirginitas honorari debet, & stuprij puniri? Virginitatis cõmendatio.

Quanuis Ioseph esset seruus emptitius & legantis formæ iuuenis sine uxore: tamen solicitatus a domina sua, recusauit stuprum, & maluit offendere eam & in car- Gen. 39

cerẽ trudi, quam perdere castitatẽ.

Iudas qui castus non erat, dete-
Gen. 38. status est fornicationem Thamar.

Num. 31 Post debellationem Madianita
rum factam per Phinees & alios
pugnatores, iussit Moyses mulie-
res corruptas iugulari, & uirgines
reseruari.

Mundi esse debebant, maxime a
1. Re. 21 mulieribus qui panes sacerdotales
comedebant.

Quando mulier Sunamitis ho-
spita Elisei, uolebat ei loqui, mitte
4. Reg. 4 bat ad eam Eliseus puerum suum,
quasi uitans coloquia mulierum.

Sara in oratione dicebat, Tu
Tob. 3. scis, domine quia nunqnam concu
piui uirum, & mũdam seruaui ani
mam meã ab omni concupiscẽtia.

Mortuo uiro suo Iudith alium
Iudit. 8. nesciuit & semper castitatem ama
uit. Sed nota qd faciebat qa cũ puel
lis suis clausa manebat uł morabať

& habens cilicium ſuper lumbos ſuos ieiunabat omnibus diebus uitæ ſuæ, p̃ter ſabbata & neomenias & feſta domus Iſrael.

Suſanna grauiter pulſata fuit ab illis ſenibus, ſed ſuæ caſtitati nec famam nec uitam præponendam eſſe putauit. Dan.13.

Ad hæc nullus de ſola caſtitate confidat, ſecundum id, quod de uirginibus euangelicis fuerunt tot fatuæ, quot prudentes. Mat.25.

Beata uirgo ab angelo uenerabiliter ſalutata, non eſt oblita uoti & propoſitæ caſtitatis, licet angelus promitteret ei, quod ex ea filius altiſſimi naſceretur. Luc.1.

Per hoc q̃d Saluator dixit, Quia in illo ſeculo neque nubãt, neq̃ nubentur, quia uirgines illi uitæ beatæ ſpecialiter appropinquant. Matt.22

Caſtitatis argumentum fuit in beato Stephano, quia ipſe ab Apo- Luc.20.

ſtolis fuit deputatus ad miniſteriũ
uel cuſtodiam mulierem.

De luxuria,& incontinẽ ti a. Cap.XCI.

PEccatum carnis precipua uide
tur fuiſſe cauſa propter quãdo
Gene.6. minus diluuio deleuerit mundum
dicitur enim.Omnis carro corrupe
rat uiam ſuam.

Gen.54 Nota, quot & q̃nta mala euene-
rint pro ardenti amore Sychen fi-
lij Emor,q uiolẽter Dynã opp̃ſſit.

Luxurioſi quandocunq; luxuri-
Gene.38 antur,in alijs deteſtantur. Vt patet
de Iuda,qui dixit de Thamar pro-
ducite eam,ut comburatur.

Occaſione uxoris Leuitę a uiris
Iudic.20 Belial in Gabaa Beniamin,incredi
bili libidinis furore uęxante,occiſa
ſunt pluſquam. 60000. hominum.

Isboſeth fili' Saul redarguit Ab
2.Re.3.4 ner q ingreſſus fuerat ad cõcubinã
p̃ris ſui.Abner aũt irat' ſup hoc p-

curauit ei auferre terrã, & cito post amisit uterque uitam & patriam.

Dauid capt⁹ amore Batsaba uxoris. Vrię, cum illa adulterium cõmisit & cum proditione homicidium perpetrauit. 2. Re. 12

Stetit Iudith ante faciẽ holofernis, concussum aũt erat cor ipsius, ardens in cõcupiscentia. Iudi. 12.

Dixit angelus Tobię iuniori, in eos qui coniugium ita suscipiũt, ut Deum a se & a mente sua excludãt & suæ libidini ita uacent, sicut equus & mulus habet potestatem demonium. Quid ergo est de fornicatoribus, qui nihil aliud intendunt, nisi fœdam suam expellerem libidinem? Tob. 6.

Duo senes præsbyteri ita fuerũt amorę Susannę decepti, quod quãdo illa uoluntatem eorum facere recusauit mortem illius procurare conati sunt. Dan. 13.

2. Ma. 6. Tempore Antiochi, templũ luxuria & comessationibus gentium erat plenum, & scortantiũ cum meretricibus, sacratisq; ædibus mulieres ultro se ingerebant, &c.

Ma. 14. Ma. 6. Occasione Herodiadis, quã contra legem duxerat Herodes, Ioãnis Bapt. decollatus fuit, ad instãtiam peccatricis mulieris.

Mat. 8 Spiritus immundi loca immunda diligunt, unde rogauerunt dominum Iesum ut pmitteret eos intrare in porcos, nõ in boues uel agnos quæ sunt animalia munda.

Luc. 14. Inter illos, qui uocati sunt ad magnam cœnam nec iuerunt, ille qui uxorem duxit, non petijt se excusatũ hẽri. Per quod patere põt, quã lõge sint a cœna dñi luxuriosi homines & immũdi, si ducere uxorem, ita homiem implicat & inuoluit, quod quasi nihil aliud coggitare sinit.

Exemplo filŋ prodigi, qui diſſipauit ſubſtantiam ſuam uiuēdo luxurioſe, patet: quod id peccatum depauperat. Vnde dicitur, Cœpit egere. Item uilificauit naturam. Sequitur, Quod iṗe paſcebat porcos. &c. Luc. 7 5.

Item non extinguit ardorem libidinis ſed accendit: dicitur enim ibi Cupiebat implere uētrem ſuum de ſiliqs, quas porci manducabāt & c.

De Incauto aſpectu. Capi. XCII.

PRima mulier uiſo ligni uetiti fructu pulchro: tulit de illo & comedit. Gene. 3.

Pulchritudo uiſa mulierem, fuit occaſio multorum malorum. Vidē tes filŋ filias hominum quod eſſent pulchrę & c. Gene. 6.

Ex eo quod Cham filius Noe uidit uerenda patris, & ipſum nudatum eſſe, fratribusq; nunciauit, maledictionem pr̄is incurrit. Gene. 9.

Gen.12. Abraham dixit uxori ſuæ Sarai, Noui quod pulchra ſis mulier, & cum uiderint te AEgyptij interficient me, & te reſeruabunt.

Gen.34. Volens uidere regionis mulieres Dyna, ipſa uiſa & corrupta fuit.

Gen.38. Iudas uidit Thamar in biuio, & cum ea peccauit.

Gan.29. Domina, cui ſeruiebat Ioſeph, oculos in eum iniecit.

Exo.19. Dixit dominus ad Moyſen, Cõteſtare ppl'm ne forte uelint trãſcendere terminos ad uidẽdũ dñm &c̃.

2.Re.11. Vidit Dauid de ſolario ſuo mulierem lauantem ſe ex aduerſo, & tulit eam, & poſt uirum illius doloſe fecit occidi.

Iud.10 Cum intraſſet Iudith ante faciẽ Holofernis, ſtatum captus eſt ille in oculis ſuis. Vnde dicitur eiuſdẽ ca.16. Sandalia eiꝰ rapuerũt oculos eius, pulchritudo eius captiuã fecit animam eius.

Incauto aspectu

Videbant duo senes Susannam quotidie ingredientem & deambulantem, exarseruntque in concupiscentiam eius. Dan.13

Quia filia Herodiadis saltando placuit Herodi, ipse ei stulte promisit, quod crudeliter impleuit. Mat.14. Mar.6.

De Silentio & loquacitate. Caput XCIIII

PRæceptū dedit dominus Adæ non Euæ, mulier haberet minorem occasionem loquendi, sed potius interrogandi a uiro & discendi. Gene.2.

Eua Prius ligitur cum serpente quam cum niro habuisse colloquium, quod sibi & posteris damnosum fuit. Ibidem nota quam male repetiit mandatum domini homini datum. Gene.3.

Cham filius Noe, cum uidisset uerēda patris, nūciauit fratribus suis, & inde maledictionem incurrit. Gene.9.

Postquam locutus est dominus
Exod.3. ad Moysen, impeditoris & tardioris linguę fuit: Ex quo innuit, quod spirituales uiri, qui sæpe cū deo loquuntur, tardi esse debēt ad loquendum.

Iosue 16. Axa filia Caleb sedens in asino & suspirans, cum suasa esset a uiro suo, monuit patrem, ad quærēdum quid haberet, & post impetrauit, a patre iriguū superibus & inferius.

Judi. 14. Samson secretum, quod parentibus dicere noluit, uxori exposuit quæ statim illud in damnum mariti publicauit.

Iudi. 10. Idem indicauit Dalidæ, quomodo posset amittere fortitudinem suam, illaque sine mora hostibus reuelauit.

1. Reg. 1. Anna mater Samuelis, ueniens ad tabernaculū domini, loq̄batur in corde suo, tātūquæ labia sua mouebāt, & uox penitus nō audiebāt.

Samuel Dormiens in tabernacu lo, ostensam sibi uisionem non indicauit Eli, donec interrogantus fuit ab illo: 1. Reg. 3

Cum filij Belial dicerent de Saule nouo rege, nō saluare nos poterit iste? Ille dissimulabat se audire. Ex quo intelligit, quod caute tacebat. 1. Re. 10

Cum Dauid contra Nabal turbatus post modum per Abigail prudenter locutam, placatus fuisset, illa nō indicauit ipsi Nabal uiro suo pusillum, aut grāde usque mane, cū uinum quod biberat digessisset. 1. Re. 15

Tobias auditis uerbis iniuriosis ab uxore, non legitur ei respondisse, sed ingemuit, & cœpit plorare cum lachrymis. Tob. 23

Cum ancilla Saræ Dominę dixisset grauis improperij et maledictionis uerbum, sara tacens cessit liti, et pergens in cubiculum domus suæ deuote cœpit orare Tob. 3.

Esth.23. Diu tacuit Est her, non indicās populum suum & patriam, sicut ei præceperat Mardochæus, ne scilicet, a rege haberetur exosa.

Hiob.29 Beato Hiob a deo pcusso, uxor eius stulte loquuta est.

Sanctus Hiob magis uidetur, se
Hiob 2. ipsum reprehendere de actu loquē di, quam de alio quocunque unde dicit, Qui leuiter loquutus sum, respondere non possum, unum loqutus sum, quod utinam nō dixissem & cap.42. Quia insipienter locutus sum, & quæ ultra modum excederent scentiam meam & c.

Cum Rasin rex Syriæ, & Pha-
Exaiæ.7 cee rex Israel proposuissent prelia ri contra Iudam dixit Esaias Propheta Achā regi Iuda: Vade & noli timere, & cor tuū ne formidet &c.

Exaię38. Mādauit Hezehias rex Iuda, ne ppl's aliqd respōderet Rapsaci. Et siluerūt & nō respōderūt ei uerbū.

Hieremias in utero sanctificatus & a domino Propheta datus, excusabat se, dicens: Ah, ah domine de⁹ ecce nescio loqui, q͞a puer ego sum. Hie. 1.

Adducta Susanna ne iniqui senes presbyteri ferrent contra eam falsum testimonium, flens suspexit ad cælũ, & clamauit ad dñm sed accusatorib⁹ directe nã legit rñdisse. Dan. 13

Iudæi agriculturæ operam dabãt, sed Nicanor & quidam alij nõ sinebãt eos in silẽtio agere & q͞ete. 2. Mar. 1

Beata Maria uirgo legitur in Euãgelio tãtummodo locuta fuisse angelo. Itẽ cũ filio suo: Quid fecisti nobis sic. & apud Ioãnem, Vinũ non habent. Luc. 12

Et quãdo ministros nuptiarum instruxerat, Quæcum'q; dixerit uobis &c̃. Licet autẽ Elizabeth magnifice eã cõmẽdasset, nihil tamẽ ei respõdit, sed ad laudandum dominum se conuertit, Ioan. 2.

Lucæ.7. Maria peccatrix ueniens ad pedes domini, in domo Simonis nihil dixisse fertur, sed lachrymis cœpit rigare pedes eius.

Luc. 10. Similiter sororis de ipsa conquerenti nihil respondit. Rursus etiam discipulus indigne ferentibus effusionem unguenti, et in eam fremen tibus nihil dixit. Quoniam autem tacuit, Dominus ꝑ ea respondit, & eam ubiq; defendit.

Mar.14. Mulier in adultetio deprehēsa coram domino excusata, non legitur aliquid locuta fuisse: Dominus autē pro ea uerbum assumpsit, et eam denique misericorditer absoluit.

Actu.13 Locuturos in synagoga Paulus, surrexit, & manu silentium īdixit. Sciebat enim non esse effundēdum sermonem, ubi nō est audit⁹ quod sæpius in scriptura probatur.

Exod.34 Filij Israel fugiētes de Aegypto uiderunt exercitum Pharaonis, &

timuerunt ualde, quibus ait Moyses, Dominus pugnabit pro nobis, & uos tacebitis.

De affectu carnali. Capitu. XCIII.

Moyses distribuit Leuitis. 12. boues et sex plaustra, quos obtulerant principes filiorum Israel, sed nullum dedit filijs Caat, licet essent ei magis propinqui. Num. 7.

Non legitur Moyses alicui de filijs suis magnum dedisse officium, licet ipse a populo in tanta reuerentia haberetur.

Moriturus Moyses solicite rogauit dominum, ut populo de duce idoneo prouideret. Nullum tamen de generatione suo nominare uoluit. Num. 27

Distribuens Iosue terram filijs Israel: ita paruam portionem dedit illis de tribu sua q̄ de hoc specialē q̄relā fecerūt. Sed nota responsionē Iosue. 17

1.Reg.4 quam fecit eis.
Audiens Eli mortem filiorum suorum in prælio, nõ uisus est multum curare, sed cum nuncius ille dixisset arcam dei esse captam, cecidit de sella, & mortuus est.
2.Re.19 Quia Dauid nimis flebat occisum filium suum Absalon, imposuit ei Ioab quod non doluisset, si totum amisisset exercitum.
2.Ma.7. Supra modum mater mirabilis & bonorum memoria digna, quæ pereuntes septem filios sub unius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat.
2.Ma.16 Euntibus ad prælium Iudæis cõtra Nicanorem, pro uxoribus & filijs, itemq; fratribus cognatis minor solicitudo, maximus autem & primus pro sanctitate timor erat templi.
Matt.12 Loqnte Iesu ad turbas, dixit ei q̃dã Ecce mr̃ tua & fr̃es tui foris stãt

q̄rētes te: q̄ respōdit, Quæ ē mr̄ mea & qui sunt fratres mei? quicunq; fecerit uoluntatem patris mei &c̄.

Petenti mater terræ Christi secū- dum carnem, ut duo filij sui sederēt iuxta eum in regno suo, respondit ipse dominus ita dure, ac si fuisset aliena omnino, & ita bonum forum de regno suo paratus est facere tibi, sicut illis. Mat. 20.

Quanuis beatus Ioannes et duo Iacobi essent maximæ sanctitatis, nulli tamen eoꝝ commisit generalem ecclesię curam, sed Petrum, qui non sibi carne attinebat, constituit caput, principem & pastorem. Ioan. 21

Saluator noster approbans Petri professionem, quam fecit de ipso, cū dixit, Tu es Christus filius Dei uiui, cōsequēter subiunxit: Caro et sanguis non reuelauit tibi. Per hoc innuēs, quod caro prauas reuelationes facere consueuit, Ma. 16.

Galat. 2 Apoſtolus Paulus commendas ſuum Euangelium, dicit. Complacuit ei qui me ſegregauit ex utero matris meę & uocauit per gratiã tuam. & cę. Continuo non contuli cum carne & ſanguine.

De ira hominis per zelum Caput. XCV.

Exo. 11. CVm loqueretur Moyſes Pharaoni & ille no n audire, exi

Exo. 16. uit a Pharaone iratus nimis.

Pręcepit Moyſes filijs Iſrael, ut nullus de manna relinqueret uſque mane. Qui non audierunt eum ſed dimiſerunt quidam ex eis uſque mane, & ſcatere cœpit uermibus & computruit: & iratus eſt Moyſes contra eos.

Exod. 13 Reuertens Moyſes, quum appropinquaſſet ad caſtra uidit uitulum choros, iratus proiecit de mãibus tabulas, & confregit eas ad radices montis.

Quum querere Moyses hircũ, Leui.10
qui, oblatus fuerat pro peccato, exu
ſtum reperit iratuſque contra Elea
zar, & Ithamar, ait, Cur non come
diſtis &c.

Vidẽs Moyſes rebellionẽ Cho Num.16.
re & complicũ ſuorum, iratus ual-
de ait ad dominum, Ne reſpicias ſa
crificia eorum.

Conſiderans Iõathas filius Sa- 1.Re.20.
ul, neqtiam patris ſui contra Dauid
ſurrexit a mẽſa in ira furoris ſui, &
non comedit panem illa die.

Audita dauid Parabola Nathan 2.Re.12
Prophetæ, iratus indignatione ad-
uerſus hominẽ, dixit: Viuit domi
nus, qa filius ẽ mortis, q̃ fecit hoc.

Eliſeus iratus fuit cõtra Ioas re- 4Re.13.
gem Iſrael, eo quod nõ percuſſiſ-
ſet terram ſagitta quinquies aut ſe
xies, ut totã deſtruxiſſet Syriam.

Audiẽs Neemias clamorem po Neem.
puli, ꝓpter uſuras, quas exigebant

optimates, iratus est nimis.
Esth. 3 Audita querimonia, quam dixit Esther de Aman, qui omnes Iudæos procurabat occidi. rex Ahasuerus surrexit iratus de loco communi.
Circumspexit dominus cũ ira Iudæos, qui obseruabant eum, & cõtristatus est super cæcitate cordis eorum.

De ira hois ꝑ uitiũ. Cap. XCVI.

Gen. 4 RESpexit dominus ad Abel, & ad munera eius, Iratusq; est Cain uehementer, & cõcidit uultus eius.
Nũ. 24. Iratus Balaac contra Balaam, complosis manibus ait. Ad maledicẽdum inimicis meis uocaui te, quibus contra benedixisti.
1. Re. 18. Audiẽs Saul post uictoriam cõmẽdari Dauid, iratus est nimis, & displicuit in oculis eius sermo &c.
1. Re. 20 Quũ excusasset Ionathas Dauid,

apud patrem ſuum, Saul iratus ad uerſus Ionatham, dixit, Fili mulieris ultro uirum rapentis, nūquid ignoro, quia filium Iſai diligis in confuſionem tuam? &c̄.

Venit Achab rex Iſrael ī domū ſuam, indignans & frendens ſuper uerbū, quod loquutus fuerat ad eū Naboth Iſraelites. 3.Re.21.

Poſt facile & ſalubre, cōſilium Eliſei, iratus Naaman recedebat dicēs: Putabā quod egrederetur ad me, & inuocaret nomē dei ſui &c̄. 4.Re.5.

Hanai Propheta uenit ad Aſa, increpauit eū, q̄a cōfiſus erat in Benadab rege Syriæ: iratusq; Aſa aduerſus Vidētē, iuſſit eū mitti in neruū. 2.Par.16

Separauit Amazias exercitum qui uenerat ad eum ex Epharaim: pro eo ſcilicet, quod ſecum uenirēt ad bellum. At illi uehementer irati contra Iudam, reuerſi ſunt in regionem ſuam. 2Par.25

2Par.31 Sacerdotes arguebāt Oziam regem Iuda, uolentem adolere incensum, iratusque Ozias & tenens thuribulum, minabatur illis.

Neh.4. Cum audisset Sanaballat, quod ædificaretur murus Hierusalem, iratus est ualde, & motus nimis subsannauit Iudæos.

Tob.1. Quum reuersus esset Sennacherib, fugiens a Iudæa plagam, quā contra eum fecerat deus, propter blasphemiam suam, iratus multos occidit Iudæos.

Tob.2 Tobia dicente de hœdo balante Videte ne fortiuus sit &c. Vxor eius irata respōdit, Manifeste uana facta est spes tua.

Iudit.5. Nunciatum est Holoferni: quod filij Israel propararent se ad resistēdum ei, furore nimis exarsit, in iracundiam maguam.

Eodem Cum dixisset Achior magnam esse potentiam dei Israel, irati sunt

magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum,

Quum audisset Aman & experimento probasset, quod Mardochæus non sibi flecteret genua nec se adoraret, iratus est ualde &c. Esth. 3

Iratus indignatusq; est Eliu Buzites aduersus Iob, eo quod iustū se esse diceret coram domino. Iob. 32

Principes Iuda putantes quod Hieremias fugeret ad Chaldæos, irati sunt contra eum, & cæsum miserunt in carcerem. Hie. 37

Nabuchodonosor rex Chaldęorum, in ira magna sua pręcepit, ut perirent omnes sapientes Babyloniæ, pro eo scilicet quod somnium suum ei non poterant indicare. Dan. 2

Idem etiam postea in furore & ira præcepit, ut tres uiri adducerentur in cōspectu eius &c. Dan. 3

Arguit dominus Ionam, quia irascebatur super hederam. Ionæ. 4

1.Ma.2 Audiēs Antiochus prælia Iudæ & uictoriam quam obtinuerat, iratus est animo, & congregauit exercitum.

1.Ma.6 Tortores Eleazari audiētes uerba constantiæ ipsius, in iram uersi sunt, q paulo ante fuerāt mitiores.

2.Ma.7 Post septimi fratris uerba, rex Antiochus accensus ira in illū, super omnes desuit.

2Mac.9 Vidēs Antiochus, quod nō poterat spoliare Pētapolim ciuitatē, elatus in iram, arbitrabatur se iniuriā illorū, qui fugauerant, posse in Iudæos retorquere.

1.Mac.5 Factū est ut audirēt gētes quod ædificatū, est altare in sanctuariū sicut prius iratæ sunt ualde &c.

Mac.2. Herodes uidēs duod illusus esset a Magis, iratus est ualde, & mittens occidit omnes pueros &c.

Luc.4 Quū audissent illi de Nazareth, dominū dicētem, Nemo propheta.

acceptus est in patria sua &cæ.Sequitur,Repleti sunt omnes in synagoga ira.

Demetrius quidam argẽtarius, faciens ædes argenteas Dianæ,cõuocatis opificibus illius artis, dixit: Quia Paulus auertebat multã turbam,dicens:Quoniam nõ sunt dij,qui manibus fiunt &c.His auditis,repleti sunt ira. Act.29

De humilitate Cap.XCVII.

DIxit angelus ad Agar,Reuertere ad dominam tuã,& humiliare sub manu ipsius. Gen.16

Humiliter loquebatur Abrahã domino, dicẽs, Loquar ad dominum meũ,cũ sim puluis & cinis. Gen.18

Multũ humiliauit se Iacob corã Esau & sic compescunt iram eius. Gen.33

Quinquies excusauit se Moyses,anteq̃ uoluisset accipere ducatũ populi,quẽ tamẽ dominus imponebat ei nec acqeuit dõec dominũ, Exo.3

intellexiſſet iratum. Vnde textus, Iratus eſt dñs in Moyſen &c.

Exo. 18 Moyſes utile conſilium pagani hominis non deſpexit, ſed ei humiliter acquieuit.

Num. 10 Moyſes uidebat ſe habere ducatum domini ſpecialem, & tamen non dedignabatur rogare Obab filium Raguelis, ut ſecum ueniret, & ductor populi eſſet.

Iudic. 5 Gedeon angelo dicẽte ſibi, Vade, in hac fortitudine tua liberabis Iſrael, Reſpondit, Ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego primus in domo patris mei.

Iud. 8 Viri Ephraim iurgantes fortiter & tumidi contra Gedeonem, ſedati fuerunt per eius manſuetam & humilem reſponſionem.

Ibidem Dixerunt omnes filij Iſrael ad Gedeonem, Dominare noſtri tu, & filius tuus. Quibus ille ait, Non dominabit̃ in uos filius meus &c.

Humilitatem protendebat Saul in opere & sermone, antequam unctus esset in regem, quando quærebat asinas patris, & excusabat se apud Samuelem. Et postea dictũ est ei cap. 15. eiusdem, Nonne quũ paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es &c. 1. Reg. 9

Dauid licet p Samuelẽ esset unctus in regem, tamẽ de mãdato patris portabat uictualia fratribus, quibus prælectus fuerat. 1. Re. 17

Dauid humiliauit se corã Saule, quando debebat fieri gener regis. Eodem

Item & coram seruo Semei, audiens quod malediceret ei. 2. Re. 16

Et coram deo, quando saltauit ante arcam & quando uenit Nathã ad eum, nuncians ei uoluntatẽ domini, de perpetuitate regni. 2. Re. 7

Humiliter respondit Mephiboseth, inique accusatus a seruo suo & exhæredatus iniuste. 2. Re. 19.

3.Re.21 Achab rex sceleratissim⁹ Israel,
audiens pœnam sibi pro crimini-
bus infligendam, humiliatus est co
ram domino: proprer hoc domi-
nus illā pœnā aliq̄liter minorauit.
Princeps ille, qui humiliter lo
4Re.1. quutus est ad Heliā nō fuit tactus
ab igne, sicut alij duo quinquage-
narij, qui uenerant ante illum.
Veniens ad Iordanē Eliseus, pri
4.Re.2 mo percussit aq̄s nihil dicēs, & nō
sunt, diuisæ aquæ. Deīde inuocauit
nomen magistri sui, & diuisæ sunt
aquæ.
Semeias propheta, dixit ad Ro-
2.Pa.12 bam & principes eius, Hæc dicet
dominus Vos reliquistis me, &
ego relinquam uos. Qui cōsternati
dixerunt, Iustus est dominus. Cū
que uidisset dominus, quod humi-
liati essent factus est sermo domi-
ni ad Semeam, dicens: Quia humi
liati sunt, non disperdam eos.

Humiliatus est Hezechias, post quam eleuatum fuerat cor eius in aduētu nunciorum Babylonis, & iccirco nō uēit ira dñi in dieb' illis 2.Par 32

Audientes filii Israel terribilem potētiam Holofernis, clamauerunt ad dominum cum īstātia magna, & humiliauerunt animas suas. Iudith.8

Esther regina cōfugit ad dñm, & corpus suum humiliauit ieiuniis, oransque inter cætera dixit, Tu scis dñe, quod abominor signum superbiæ &c. Esth.14

Quum diceret dominus Hieremiam esse prophetam, ille humiliter se excusauit, & ait: Ah, ah, domine deus ecce nescio loq &c. Hie.1

Nabuchodonosor ambulans in aula Babylōis, arrogāter loquutus est. Deinde eiectus ab hominibus, & in bestiā mutatus, recuperauit sensum & recognouit, quod omnes habitatores terræ apud de- Dan.4

um in nihilum redacti sunt.

2.Ma.9. Cum percussus esset Antiochus a deo insanabili plaga, ita ut nec fœtorem suum ferre posset: ait: Iustū est subditum esse deo, & mortalē non paria deo sentire.

Mat.2. Ioseph humilit̃ se reputans nō esse dignū consortio beatæ Mariæ quam cōcepisse uidebat, nō humano opere, sed diuino munere hoc factū esse credebat, uoluitq; occulte demittere eam

Ibidem In diebus illis, Magis apparet mira fuisse humilitas, q̃ndo inuenerunt puerum cum Maria matre ei⁹, & procidẽtes adorauerunt eum.

Luc.3. Mat.3. Ioan.1 Dum tãtæ esset reputationis Ioannes Baptista, ut populus crederet ipsum eẽ Christum, dixit Veni et fortior me, post me, cui nō sum dignus soluere calciamẽti corrigia.

Mat.3.4 Non erubuit Christus, dei uirtus & sapientia, ab eodem thema

te prædicatiõem suam incipere, a quo suam inceperat Ioannes Baptista, Pœnitentiam agite &c.

Beata uirgo Maria ab angelo tam uenerabiliter salutata, & mater filij altissimi appellata, nõ superbijt inde nec se uocauit matrẽ dei, aut dominam, sed ancillam. Luc. 2.

Item nõ misit pro Elizabeth cognata sua, sed humiliter iuit ad illã. Luc. 1

Quum Elisabeth spiritu sancto repleta cognouisset, quod factum fuerat, tunc diuinam commendauit misericordiã & potentiã Maria, dicẽs Magnificat aĩa mea dñm. Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ, &c. Ibiemd

Humiliter respondit Centurio dicẽs domino, uolenti ire ad sanandũ puerũ suũ &c. Domine nõ sum dignus, ut intres sub tectũ meum. Mat. 8

Vidẽs Petrus ab præceptũ domini cõclusisse multitudinẽ pisciũ, Lucm,

copiosam procidit ad genua eius, dicens. Exi a me quia homo pecca tor sum domine.

Mat.8. Saluator noster publicare mira cula sua prohibebat, ut fugere doceret iactantię, & uanitatis uitiū, & daret uere humilitatis exemplū Sicut patet in leproso mundato. Et in 2. cæcis ab eo illuminatis. Itē
Mat.17. in surdo & muto sanato Matthæi septimo. Et in sua transfiguratione dixit, Nemini dixeritis uisionē.

Mat.13 Quum dixisset dominus mulieri Chananææ, Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, Illa mulier dixit, Etiam domine, nam & catelli &c.

Mat.18 Quærentibus discipulis, quis esset maior in regno cœlorum: Respondit dominus, Quicunq; humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cęlorum. Exem
Luc.14 plū uel parabolā humilis urbani

tatis induxit dominus. Cũ inuitatus fueris ad nuptias, nõ discũbas in primo loco.

Ad fugendã iactantiã, & humilitatem sectandam, multũ ualet exemplum, quod inducit dominus de superbo Pharisæo, & humili publicano. Luc. 18

Humilitas Ioannis Baptistæ apparet multipliciter: quia uidelicet de se humiliter sentiebat, existimãte populo qđ forte ipse esset Christus. Ioannis 2. Non sum ego Christus. Item humiliter loquebatur Ioan. 1. Ego uox clamantis in deserto, Negauit se esse Christum aut prophetam. Tum etiam humiliter induebatur pilis Camelorum Humilem habitationem eligebat. Luc. 1. Erat ĩ deserto &c.

Humiliter Maria Madalena & frequenter legitur, secus pedes domini se posuisse &c. Lu. 7. 10

Ioan. 21 Quærenti domino, an Petrus deligeret eum plus alijs discipulis, respōdit humiliter, dicens. Tu scis domine, quia amo te plus alijs &c.

Præcipua humilitatis exempla accipere possumus & debemus in Saluatore nostro, cuius cōuersatio nem in terris cōsiderare possumus. quia ipse concipi uoluit in patria despecta, uidelicet in Galilæa. De qua loquitur Ioan. 5. Scrutate & ui dete, quia propheta a Galilæa non surrexit. Vnde admirādo dixit Na thanael, A Nazareth potest esse ali quid boni?

Luc. 1 Iterum de humili matre natus fuit, quæ dixit, Respexit humilitatem ancillę suę &c.

In domoncula parua & loco humillimo Luc. 2. Reclinauit eum in præsepio &c.

Item quasi per annos 30. latuit in mundo, ita quod nihil legitur.

de eo, nisi cum esset annorum duodicim, remansit in Hierusalem, & inuentus est in templo, audiens & interrogans & determinãs. Cõtra præsumpruosus, qui nimis festine ad officium docẽdi prorũpunt. Sequitur ibi Luce 2. Descẽdit cũ Maria & Ioseph, & erat subditus illis.

Exinde circa annum, 30, ad Ioãnem Baptistam uenit, ut baptizaretur ab eo, non pro eo misit. Contra multos, qui ad minores se pergere dedignantur. Mat. 3

Item humiles discipulos elegit & cum eis humiliter conuersatus est & eos præcipue de humilitate docuit. Discite a me, qa mitis sum & humilis corde, unde & filiũ hominis se dicebat sæpius, quã filiũ dei, licet utrunq; esset uerum secundũ duas naturas in ipso: tñ ab infeririore freqentius se nominabat. Mat. 14

Cõuersatus est cũ hominibus. Io an. 2.

ſtereſſe uoluit pauperibus nuptijs ubi uinum defecit. Non autem interfuit ſplendidis & diuitibus nuptijs, in quibus fiunt frequenter enormes exceſſus.

Ioan. 6 Cum cognouiſſet, quia uenturi erant, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit in montem.

Mat. 14 Didrachmam, quaſi ſeruus, aut alienus exoluit. Idem nõ habebat, ubi caput ſuum reclinaret. Luce. 9.

Ioan 4 Et circumiens ciuitates & caſtella, perpedes ibat, ita quod quãdoq; fatigatus ex itinere, ſedebat ſuper fontem, & a muliere Samaritana bibere poſtulabat.

Mat. 21. Quando uero uenit Hieruſalem nobili uectura uti noluit, nõ equũ ſed aſellum habuit.

Ioan. 13 Tranſiturus ex hoc mundo ad patrem, relinquere uoluit ſpeciale humilitatis exemplum nam pedes diſcipulorum lauit, & linteo quo

præcinctus erat, extersit.

Præcipue autem in passione nimis seipsum humiliauit factus obediens usque ad mortem non quamcunque, sed crucis. Quæ erat gen⁹ mortis turpissimum, ut in euangelijs omnibus patet. Phi. 2.

De quo notari potest quod sup bi & mundi amatores circa septē uersari solēt & appetere, uel in adeptis specialiter gloriari, quibus cōstat in cruce dominum caruisse, & contraria habuisse. Hæc autem dici possunt: Terrena affluētia, mūdana sapiētia, carnalis lætitia, popularis fama, turba famulorū, deiectio inimicorū, numerositas amicorū, christus Iesus āt dn̄s nr̄ ī cruce fuit pauperrimus, q̄a uestimētis nudatus. Ioānis. 19. Fuit stultus & insipiens reputatus. Nā uerbum crucis pereuntibus stultitia est. 1. Corinthiorū. 1. Item diffamatus fuit, & se

ductor populi appellatus. Vnde di
xerunt de eo principes sacerdotũ,
Recordati sumus, quia seductor il-
le &c̃. In cruce insuper quodãmo-
do fuit uictus, quia occisus, inclina
to capite tradidit spiritum. Ibi etiã
amicum nullum habuit. Torcular
calcaui solus, & de gentibus nõ est
uir mecum. Psalmo. 87. Elongasti
a me amicum & proximum. Item
famulis & seruitoribus in cruce ca
Mat. 28. ruit, unde dicitur: Discipuli relicto
eo omnes fugerunt. Psal. Factus
sum sicut hõ sine adiutorio &c̃.

Post miraculum de claudo per
Act. 3 Petrum sanato, humiliter locutus
est Petrus, nõ ascribens factum si
bi, sed diuinę uirtuti, & per inuoca
tionem nominis Iesu Christi &c̃.

Cum introisset Cæsaream Pe-
Act. 10. trus obuiam uenit ei Cornelius, et
procidẽs, Surge: et ego ipse hõ sum
(ait Petrus) eleuans Cornelium.

Audientes Paulus et Barnabas, quod homines de ciuitate Lyſtris dicebant eos eſſe deos, & eis ſacrificare uolebant, cõciſis tunicis exierunt in turbas clamantes, & dixerũt eis, Viri, quid hoc facitis? & nos mortales ſumus ſimiles uobis &c. Tandẽ uix ſedauerunt turbas, ne ſibi immolarent. Act.14.

Paulus apoſtolus manibus operabatur, ut haberet neceſſaria ſibi & ſocijs: propter quod etiam morabatur cum Aquila & Priſcilla, qui erant artis ſcenofactoriæ, ſicut & ipſe. Act.2

Alibi dicit, Ad ea quę mihi opus erant his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Act.20

Humiliter de ſe ſentiebat Paulus, qui fratrum orationibus confidebat Adiuuantibus uobis in oratione pro nobis, ait. 1.Cor.1

Orationes aliorum ſolicite po. Rom.1.

ſtulauit,unde ait: Obſecro uos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſpiritus ſancti,ut adiuuetis me in orationibus.

I.ad Cor.14.& Theſſ.3.Verbis etiam ſuis ueram humilitatem iterius indicabat.1.Cor.15.Ego ſum minimus apoſtolorũ, qui nõ ſum dignus uocari apoſtolus &c.

Et Ieſus uenit in hunc mundũ,
1.Tim.1 peccatores ſaluos facere quorum primus ego ſum &c.

Item ad humilitatem alios ſoli-
Rom.12. cite inducebat, ait enim, Non alta ſapientes, ſed humilis.&c. Et ad Philippenſes.2.In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrãtes &c

De Superbia. Capitolo. XCVIII.

Gene.3. EVa propter appetitum excellẽtię,cũ audiſſet a ſerpente:Eritis ſicut dij,de ligno uetito comedit.

Datum est homini dominium ad comedendum super pisces, aues & bestias. Gen. 1. Dominamini piscibus maris, & uolatilibus cœli & cæ. Item terror uester & tremor sit super cuncta animalia terræ.

Superbia uolentium ædificare turrim usque ad cœlum, damnata fuit per confusionem linguarum. Gen. 15.

Agar ancilla Sarai concepisse se uidens, dominam suam despexit. Gene. 16

Contra gloriantes de primogenitura, quod Cain fuit natus ante Abel, Esau ante Iacob Genesis. 15. & Iudas fuit. 4. genitus inter filios Israel. Genesis. 29. & Manasses filius Ioseph natus fuit ante Ephraim Qui tamen habuit benedictionem dexteræ. Genesis. 48. Et Dauid fuit minimus inter fratres suos. 1. Regum. 16. Et Adonias natus fuit ante Salomonem. 2. Reg. 3. & sic de multis alijs.

Exod.5 Nimis superbe respondit Pharao, quando dixit: Nescio dominũ, & Israel non dimittam.

Rebellio Chore & aliorum facta contra Moysen, ex superbia ꝓcessit. Nam dixit illis Moyses, Multum erigimini filij Leui.
Nu.16.

Percussus Abimelech a muliere
Iudic.9. uocauit armigerũ suum, & ait ei, Percute me, ne dicatur, quia a fœmina interfectus sum.

1.Re.15 Saul petijt a Samuele, ut eum coram senioribus populi honoraret.

Grauiter fuit punitum elationis
1.Reg. peccatum, quando Dauid fecit nu
42. merari populum sibi subiectum.

Libido, quam habuit Hieroboã
3.Re.12 dominandi timens ne populus reuerteretur ad domum Dauid, fecit eũ excogitare uitulos aureos, quos fecit a populo adorari: & maluit eos recedere a deo suo quam a domino suo.

Post uictoriam obtētam de Ar Iudit. 1
phaxat rege Iudæorum, exaltatum
est regnū regis Nabuchodonosor
Assyriorū, & cor eius eleuatū est.

Preceperat Nabuchodonosor Ho Iudit. 2
loferni, ut omnes deos terræ exter
minaret, ut ipse solus deꝰ diceretur
ab his regionibus, quæ potuissent
Holofernis potestati subiugari.

Videns superbus Aman, quod
Mardochæus ipsum adorare nole- Esther. 3
bat, suasit regi, ut totus Iudæorum
populus deleretur.

Amā superbissimus uolebat co Eodem.
ram se genu flecti, & ab homini-
bus adorari. Sed notabile est quod
illa superbia tot mala in seipsa cau
sauit, ut iratus & indignans existe
ret, et omnia alia quę habebat, qua
si nihil reputaret.

Signa superbię detestatur domi Esa. 3
nus per Esaiam, dicens: Pro eo qđ
eleuatæ sunt superbę filiæ Sion, &

ambulauerunt collo extenso &c.

Esa.14 De Nabuchodonosor intelligit ad literã illud Esaię, Cõscẽdã ĩ cœlũ dicebat &c. Ero sil'is altissimo.

De Moab dicitur, Audiuimus

Esa.16 superbiã Moab, superbus est ualde superbia eius & arrogantia eius, & ĩdignatio eius, plusq̃ fortitudo ei'.

Quoniam eleuatum fuit cor Na

Dan.5. buchodonosor regis Babylonis, et spiritus illius obturatus est ad sup biam, depositus est de solio suo, & gloria eius ablata est.

Balthasar filius Nabuchodono,

Ibidem. sor rex Babylonis non humiliauit cor suum, sed aduersus dominatorem cœli eleuatus est, & ideo inter fectus est, & Darius Mœdus successit in regno.

Antiochus ascendit Hierosoly-

1.Mat.1. mam in multitudine graui, et intrauit sanctificationem cum superbia & accepit altarę aurẹum &c.

Dixerũt illi, quos dimisit Iudas 1.Mac.5
Machabæus ad custodiam terræ, dum iret ad prælium: Faciamus nomen, & eamus pugnare contra gentes &c.

Alchinus, qui uolebat fieri summus sacerdos et quidam alij iniqui 1.Mac.7 iuerunt ad regem Demetrium, & accusauerunt Iudam & populum Iudæorum.

Cum audisset Nicanor holocau Ibidem. sta, quæ offerebantur a Iudæis pro rege, irridens spreuit, & locutus est superbe.

Antiochus æstimabat se præ su 2.Ma.5. perbia terram ad nauigandum, pelagus uero ad iter agẽdo deductum: propter mentis elationem.

Nicanor ueniens ad pugnãdum 2.Ma.8. contra Iudam & socios eius, ita credebat esse securus de uictoria, qđ uendebat Iudæos antequam in cãpo uideret eos.

2.Ma.5 Fugatus turpiter Antiochus de
Perside, superbe locutus est, se uen
turum Hierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum, sed deus percussit eum insanabili plaga.

2.Ma.15 Nicanor Iudæis dicentibus, Est dominus potẽs in cœlo, qui iussit agi diem septimum. Et ego, ĩquit, potẽs sum super terram, qui impero sumi arma, & negocia regis impleri. Sequitur, Et in summa superbia erectus, cogitauerat commune trophæum statuere de Iuda.

Luc.10 Cum dixissent discipuli, Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo, compescuit eos dominus, dicẽs: Videbam Satanã sicut fulgur cadentem de cœlo &c. In hoc tamen nolite gaudere.

Luc.18 Superbia Pharisæi, qui se iactabat, & proximum condemnabat, damnatur.

Statuto die Herodes ueſtitus ueſte regali, ſedit pro Tribunali, & concionabatur ad populum. Populus autem acclamabat, Dei uoces, et non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum angelus domini, eo quod non dediſſet gloriam & honorem deo conſumptusq; a uermibus expirauit. Act. 12.

De Iactantia. Cap. XCIX.

GAal filius Obed, dicebat ſociis, Quis eſt Abimelech, & quæ eſt Sychem, ut ſeruiamus ei? Vtinã daret aliquis populum iſtũ ſub manu mea, ut auferã & cętera. Iudic. 9

Samſon leonem manibus inermis lacerauit, nec tamen tantam probitatem indicare uoluit. Iud. 14.

Goliath Philiſtæus exprobauit exercitui Iſrael, ut aliquis ueniret cum eo ad ſingulare certamen. 1. Reg. 17

Adonias filius Hagith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Sed parũ 3. Reg. 1

durauit regnum eius.

Benadab rex Syriȩ, misit nũcios
3.Re.20. regi Israel, & ait: Hoc faciant mihi
dij, & hoc addunt si suffecerit pul-
uis Samariæ pugillis omnis popu
li, qui sequitur me. Sed pulchre re
spõsum est ei: ne glorietur accĩctus,
æque ut discinctus, &c̃.

Grandia uerba & superba dixit
2.Re.18. Rapsaces, ex parte regis Assyriorũ
dicens: Nunquid liberauerunt de
manu regis Assyriorum &c̃.

Holofernes dixit Achior: Cum
Iudith.6 percusserimus omnes, quasi homi
nẽ unũ, tunc etiam ipse cum illis
Assyriorum gladio interibis.

Aman inuitatus ad conuiuium
Esth.5 Esther, uocauit amicos & uxorem
suam, & exposuit illis magnitu-
dinem diuitiarum suarum: & fi-
liorum: & quando apud reginam
solus cum rege prandere debe-
bat. Sed nota quod suspensus fuit

in crastino: in eadem trabe: quam parauerat Mardochæo.

Aperuit Esaias uerba regis Assyriorum In fortitudine manus meę feci, & in sapiẽtia mea ĩtelexi &c. Non fuit qui moueret pennam, & aperiret os suum & ganniret &c. Esa. 10

De Nabuchodonosor intelligitur ad literam illud Esaiæ. Dicebas in corde tuo: In cœlum conscendã, supra astra Dei exaltabo solium meum, & similis ero altissimo. Esa. 14

Per Heremiam dicitur de Moab Summitatem eius & arrogantiam eius &c. ꝙ non sit iuxta eam eius uirtus &c. Hier. 48

Nabuchodonosor rex Babylonis: dixit tribus socijs Danielis, qui noluerunt statuam eius adorare: Quis est deus qui eripiat uos de manu mea? Dan. 3

Deambulãs in aula Nabuchodonosor: ait: Nonne hæc est Babylon Dan. 4

ciuitas magna, quam ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cumq; adhuc sermo esset, uox de cœlo ruit &c.

1. Ma. 3. Audiuit Sereon quod congregauit Iudas ecclesiam fidelium, & ait Faciam mihi nomen, & debellabo Iudam, sed ipse econtra fuit cito debellatus ab eo.

1. Ma. 10 Demetrius filius Demetrij misit ad Ionatham, dicens, Descende ad nos ĩ campum & comparemus illic inuicem, quia mecum est uirtus bellorum. Interroga, & disce, quis sum ego &c. Sed paulo post male successit ei.

1. Mac. 8 Nicanor pugnaturus contra Iudam, uocauit negociatores, ꝓmittens se daturum pro uno talẽto nonaginta mancipia Iudæorum.

2. Ma. 9 Multitudine ad arma concurrẽte fugatus est turpiter Antiochus

de Persi-

de Persipoli ciuitate Persidis & superbe locutus est, dicens se uenturum Hierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum.

Nicanor interrogauit Iudæos. Si est potẽs in cœlo qui imperauit diem Sabbatorum: Respondentibus illis, dominus potẽs in cœlo, qui constituit diem septimum, ait: Et ego potens sum super terrã &c. Vt supra præcedenti cap. 2. Ma. 15

Petrus ualde audacter dixit domino, Et si omnes scandalizati fuerint, sed nõ ego. Sed postea longe aliter accidit. Mat. 26

Qui se iactant & dilatant maxime, si mẽtiuntur, diabolum specialirer imitantur, qui dixit, quũ ostendisset dño oĩa regna mũdi, Mihi tradita sunt omĩa, & cuiuolo do illa. Mar. 14 Luc. 22. Ioã. 17. Luc. 4.

Cõtra iactãtes se, & arrogãtes, ĩducit dñs exemplũ illius Pharisæi Luc. 18.

dicentis:Non sum sicut cæteri ho minum,uelut etiã hic publicanus.

Ioan.9 Magnę arrogantię uerba dixerunt Pharisæi cæco nato, quem dominus illuminauit & illos rationabiliter cõfundebat: In peccatis natus es totus,& tu dices nos?

Ioan.10 Arroganter nimis dixit Saluatori Pilatus. Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?

De Eletionibus. Cap. C.

Exod.18 CONsilio Iethro sacerdotis madian Moyses usus humiliter eligit Iudices,seu prælatos minores,uiros potentes & timentes dominum,in quibus erat ueritas,& qui oderant auaritiam

Num.17 Præceperat dominus Moysi,ut tolleret .12.uirgas iuxta numerum tribuum filiorum Israel &c. Et nomen Aaron erat in Tribu . Leui. Quas quum posuisset in taberna

culo,sequenti die inuenit uirgam Aaron germinasse.

Volens Moyses ulcisci Israel de Madianitis,ait,Mille uiri de singulis tribubus eligantur ad bellum. Num.31

Moyses aduertens se iuxta uoluntatem domini, moriturus orauit dominum deuote, dicens: Prouideat Dominus deus spiritum omnis carnis hominem,qui sit super multitudinem hanc &c. Ordinauit autem Dominus,quod Iosue filius Nun esset successor ipsius,& dux populi loco eius &c. Num.27

Post mortem Iosue consuluerunt filij Israel dominum dicentes: Quis ascendet ante nos, & erit dux belli? Dixitque Dominus Iudas ascendet &c. Iudic.8

Videntes filij Isael, quod Gedeon strenue pro eis pugnauerat, dixerunt omnes ad eum, Dominare nostri &c. Iudic.8.

Iudic.11 Maiores natu de Galaad, perrexerunt ad Hiephthe, dixeruntque ad eum. Veni & esto princeps noster, & pugna cõtra filios Amnon.

1.Re.9. Erat uir de Beniamin, nomine Cis, & ei filius uocabulo Saul electus & bonus, & non erat uir de Israel melior illo, &c. hũc reuelauit dominus Samueli eligẽdum fore & iungendũ super populum Israel.

De mandato dñi speciali fuit Sa-
1.Re.16 muel in Bethleem & unxit Dauid filium Isai in regem super Israel & Hierusalem.

Mortuo autem Saule uenerunt
2.Re.2 uiri de tribu Iuda, & unxerunt Dauid super se in regem. Deinde uniuersę tribus Israel uenerũt ad eum & unctus est in regem, sup totum
2.Re.5. populũ Israel. Vnde ipse dicit i Psal
Psal.77. mis: Eligit Dauid seruũ suum, Et
1Par.28. alibi: Placuit Domino, ut me eligeret regẽ sup cunctũ populũ Israel.

Appropinquas morti Dauid, Eodem. dixit maioribus Israel: De filijs me is eligit dominus Salomonem, ut sederet in throno regni domini, su per Israel.

Terribili iudicio dei assumptus 3.Re.11 fuit Hieroboam, ut esset rex super. 10. tribus Israel, & tamē occasio fuit populo recedēdi a deo.

Scripsit Iehu literas, & misit in 4.Re.10 Samariam ad optimates ciuitatis: Eligite meliorē & eum, qui uobis placuerit de filijs domini nostri, & ponite eum super soliū patris sui, & pugnate pro domo dñi nostri.

Congregati sunt omnes amici 1.Mac.9 Iudæ, & dixerūt Ionathæ, Ex quo frater tuus defunctus est, uir simi lis ei nō est, qui exeat contra inimi cos nostros. Nūc itaq; te eligimus esse pro eo nobis in principē & du cem ad bellandū bellum nostrum.

Vocauit dñs discipulos suos, & Luc.6.

elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.

Acto. 1. Post ascensionem Domini, discipuli statuerunt duos, scilicet, Ioseph & Matthiam, & orantes dixerunt, Tu domine, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locũ ministerĳ huius Apostolatus.

Act. 6 Sermo, quem dixerunt Apostoli, placuit omni multitudini, & elegerunt Stephanũ uirum plenũ fide & spiritu sancto, & philippũ &c.

Act. 13 Ministrantibus discipuli domino & ieiunãtibus, dixit illis spirit⁹ sanctus, Segregate mihi Paulũ & Barnabã in opus ad qđ assũpsi eo

De bonis principibus & p̃latis. Caput CI.

Exo. 37. & sequẽ. BOnus prælatus Moyses multoties intrauit ad Pharaonẽ pro causa populi, ut eum liberet de Aegyptiaca seruitute.

Populum timentem Moyses cõ fortabat, dicens. Nolite timere, dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis. Ore quidem uerba dicebat, sed corde dominum exorabat, sicut apparet ibi. Exo. 14

Clamabat pro populo ad dominum Moyses, quando murmurabat populus contra eum. Exo. 15

Omnia debet retorquere ad dominum bonus Prælatus. Vnde dicebat Moyses: Nec est contra nos murmur uestrum, sed contra dominum. Nos enim quid sumus? Exo. 16

Cum pugnaret Israel contra Amalech, non iuit Moyses ad prælium, sed tantum Iosue misit famulum suum, & tamen erat ex parte ipsius iustissimum bellum: ipse uero stans in uertice collum, ad orandum. Dominum se conuertit. Exo. 17

Recessurus a populo Moyses, Exo. 14

& iturus ad montem, bonis uicari
os dereliqt, uidelicet Aarõ & Hur.
Exo.32 Videbat uelle domin' cõfũdere
& delere ppl'ũ peccatorẽ, Et ꝓmit-
tebat Moysi magnũ statuũ et hono
rem. Et tamen Moyses pro popu-
lo suo instãter orabat. Et nota quã-
ta seueritate populum puniuit, pro
quo deum tamen instanter orabat.
Num.7 Moyses distribuit Leuitis duo-
decim boues & septem plaustra,
quos obtulerant principes tribũ fi
lioꝝ Israel, sed nihil dederat filijs
Caath, licet essent magis propin-
qui quia proprijs humeris omnia
portare debebant.
Num.11 Desiderabat Moyses, quod om
nes de populo prophetarent, licet
honor suus minui uideretur.
Num.14 Post reditum exploratorum di-
xit Dominus ad Moysen, Quo-
usq; detrahet mihi populus iste?
Feriam ergo pestilẽtia; te quoq; fa

ciam principem super gentem ma
gnam & fortiorem, quam hic est.
Sed noluit Moyses ad maiorem
transferri prælationem.

Pereunte populo pro murmure Num.16
& tumultu, quæ faciebant contra
Moysen & Aaron: Dixit Moyses
ad Aaron, Tolle thuribulū, & hau
sto igne de altari, mitte incensum:
pergens cito ad populum, ut roges
pro eis.

Mortiturus Moyses solicite ro Num.27
gauit dn̄m, ut populo de duce ido
neo prouideret. Nullum uero in
speciali uoluit nominare.

Seruierunt Israel dn̄o cūctis die Iosue.24
bus Iosue &c. Bonus enim Pręla-
tus multum confert ad populum,
in uia domini dirigendum.

Samuel iudicabat Israel, & ibat 1.Reg.7.
circumiens Bethel & Galgala &
Masphat, ut hoïes, q̄ eo ĩdigebãt fa
cilius possẽt ad ipsū habere accessū

1.Re.12. Dixit samuel ad populum, Absit a me hoc peccatum, ut cessem orare pro uobis, & docebo uos uiam rectam & bonam,

2.Re.24. Videns Dauid angelum percutientem populũ, obtulit se pro eo percutiendum. Vertatur, inq̃t, obsecro, manus tua contra me &c.

3.Reg.3 Audiuit omnis Israel iudicium, quod iudicasset Rex Salomon de duabus mulieribus: & timuerunt regem, uidentes sapientiam Dei esse in eo.

2.Par.9 Signum est quod Dominus diligit populum, quando dat ei bonum prælatum. Vnde regina Saba dixit, Quia diligit Deus Israel, iccirco posuit te regem supra eum, ut facias iudiciũ atque iustitiam.

3.Re.20 Volens dominus tradere regem Syriæ in manu regis Israel, mandauit ei per prophetã, quod ipse rex debebat incipere præliari.

Quandiu uixit Ioiada pontifex, 4.Re.12
Ioas rex Iuda fuit bonus: quo mor
tuo, multa mala fecit.

Hezechias rex Iuda, fecit serpen
tem æneum confringi, eo quod es- 2.Par.24
set populo idololatrandi occasio.

Iosaphat rex Iuda constituit iu
dices super populum, & eos ualde 4.Re.18
fideliter & prudenter instruxit. Vi 2.Pa.19
dete, inquit, quid facitis.

Perrexerunt cursores cū episto 2.Pa.30
lis, ex regis imperio Hezechiæ &
principum eius, in uniuersum Is
rael & Iudam, prædicantes, Reuer
timini ad dominum &c.

Orante Esdra & flente pro trans
gressione populi, collectus est ad 1.Esd.9
eum cœtus magnus uirorum ac
mulierum, & fleuit populus mul
to fletu ad exemplum eius.

Audita Holofernis potētia Elia
chim magnus sacerdos circumiuit Iudit,4
omnem Israel allocutus eos, dicēs,

Scitote quoniam exaudit domin⁹ preces nostras: sic que populum bonis exhortatiōibus cōfortabat.

Esai.22 Bonus prelatus debet esse, quasi bonus pater populi sibi commissi. Nam de Eliachim, quem constituit dominus loco Sobnæ preposi, dicitur apud Esa. Erit quasi pater habitantium in Hierusalem.

1.Mac.6 Mortuo Iuda Machabæo, emerserunt iniqui in omnibus finibus Israel, & exhortati sunt omnes qui operabantur iniquitatem. In diebus illis facta est fames &c.

1.Ma.12 Quum crederetur occisus Ionathas a Tryphone, quæsierunt omnes gētes, quę erant in circuitu Iudæorū cōterere eos. Dixerūt enim, Nō habent principem adiutorem, nūc ergo expugnemus eos, & tollemus de hominibus memoriam eorum.

2.Ma.2. Causa pacis & boni stat⁹ sanctę

ciuitatis, pulchre dicitur fuisse prudentia & pietas Oniæ summi sacerdotis & bonitas subditorum.

Bene restitit Onias Heliodoro, uolenti spoliare templum & deposita uiduarũ & pupillorum auferre 2. Ma. 3

Saluator noster dominus Iesus, ubi se bonum pastorem dicit, statim causam subiungit dicens, Bonus pastor animam suam dat pro ouibus. Et post pauca, Animã meam pro ouibus meis pono. In quo dat intelligere, quid exigat̃ ad hoc quod aliquis bonus pastor uocari mereatur. Ioan. 10

Quando saluator noster post resurrectionem suam uoluit gregem ecclesiæ Petro cõmittere, Primo probauit eũ dicẽs, Simon diligis me plus his? Et nota quod examinauit eum de dilectione, nõ de cognitione. De practica uero, nõ de Theorica, ꝺ facto uero, nõ de iure. Ioan. 21

Item nõ ſolum interrogauit ſim pliciter an eum diligeret, ſed ter dicit, Si diligis me. Addit ter. Paſce oues meas:non tonde:uel occide. Bonus enim prælatus commiſſum ſibi gregem debet paſcere uerbo, & exemplo, & temporali ſubſidio.

Acto. 2 Videns Petrus Iudæos admirãtes, & male de diſcipulis ſentiẽtes, eleuauit uocem & locutus eſt eis: Viri Iudæi &c. Vbi gregem ſuum cõſtanter defendit, & aduerſarios ſalubriter ſuperauit.

Conſiderari poteſt hic de Paulo Apoſtolo eximiæ bonitatis prælato. Ad bonum enim prælatum ſpecialiter & ſumme pertinet dilectio, quã habere debet ad ſubditos. Sicut diligebat paſtor ille optimus princeps paſtorum. qui poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis. Qui cũ dilexiſſet ſuos, in finẽ dilexit eos Paulus autem miro modo ea dile-

ctione feruebat. Vnde dicebat, ego 2. Cor. 12
libentissime impendam, & super
impendar ipse pro animabus uestris:
licet plus uos diligens minus dili Philip. 4
gar a uobis. Et ad Philippē. 4. Fra
tres mei charissimi &c.

Iterum debet in eo esse scientia
scripturæ, Eligite lumen sapientiæ, Ibidem.
quod posit populis: alioquin quo Sapi. 6
modo posset lepram a nō lepra di-
scernere, commissum sibi populū
iudicare? Ipse uero Paulus de di- 2. C. 2. 3
uinis & humanis excellentissimam
cognitionem habebat, q̃ paruulis
in Christo lac potū dabat, & inter
perfectos sapientiam loquebatur.
Quippe qui fuit raptus usq; ad 2. Co. 12
tertium cœlum, & audiuit arca-
na uerba, quę non licet homini
loqui.

Ex amore uero subditorum, & Rom. 12
noticia scripturarū solicitudo ī præ
sidēte causat, qui præest in soli- i.

tudine. Quia quidem solicitudine,
Paulus erga proximos ardentissi
2.Co.12 me fungebatur, propter quod ait,
Præter illa quæ extrinsecus sunt in
stantia, mea quotidiana solicitu
do omniū ecclesiarum. Item & ali
bi, Volo scire qualem solicitudinē
habeam pro uobis. Ex prædictis
2.Co.2 tribus debet sequi instructio peri
torum. Vnde promittit dominus
Hierem.3. Dabo uobis pastores iu
Hier.3 xta cor meum, qui pascent uos sciē
tia et doctrina. Iuxta id quod dixit
Artaxerxes Esdræ & Iudicibus po
Esdr.7. puli. Impitos docete libere. Et hoc
pfecto liquet fecisse Paulū doctorē
gētiū, q ūbo, uel scripto docuit uni
uersum mūdū. Doctor gētiū ī fide
1.Ti.2. & ueritate. Et 2.Cor.2. Odorē noti
tiæ suę de⁹ p nos manifestat ī oī lo
co, &c. Et ad hęc, qs tam idoneus?
2.Co.11 Debet ēt bon⁹ prelatus officia di
Exo.14. spōere īter subditos, & ordinare: si
cut

cut moyses q̃ cõsilio iethro ĩstituto
ĩ ppl'o Cẽturiones quĩquagenarios
& decanos. Paul⁹ quoque ĩ eccl'ia 1.Co.12
similia faciebat. Cętera cũ uenero
disponã. Propter quod dicebat Ti
to. 1. Huius rei gratia reliqui te in Tit.1.
Creta, ut quæ desunt pergas corri
gere & constituas oppidatim prę
byteros, sicut ego tibi ordinaram.

Item debet pusillanimes et timi
dos animare sicut fecit Moyses, Exo.14.
quando dixit populo pauescenti.
Nolite timere, dominus pugnabit
ꝓ uobis. Et hoc utiq; Paulus opti
me faciebat ad Ephe.6. Conforta-
mini in domino & in potentia uir
tutis eius, & induite uos armatu-
ram dei &c. Idem, Recogitate eum
qui talem sustinuit a peccatoribus
aduersus se ipsum contradictionẽ,
ut non fatigemini animabus ue-
stris deficientes.

Item in bono prælato, debet esse 2.Ma.15

defensio oppressorũ, Sicut Onias summus sacerdos, q cõstanter restitit Heliodoro, uolẽti templum domini spoliare. Quã uiriliter autem Paulus restiterit pseudo apostolis Iudęis, patet in Actibus. Et ad Corinth. quo quis audet, audeo & ego & ideo dicebat se pugnare. Sic pugno non quasi aerem uerberans. Et, ad Timo. quarto, Bonum certamen certaui, cursum consumaui &c.

Iudit. 4. Præterea debet esse consolator afflicto uelut Eliachim, cum Holofernes Bethuliam obsedisset. Paul' autem non erat inferior in hac parte, unde ait, benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarum, & deus omnis consolationis cõsolans nos in omni afflictione nostra, ut possimus consolari eos, qui sunt in qua-

Heb. 13. uis afflictione. Et ad Hebreos, Ro

go uos fratres ut sufferatis uerbū
solatij. Verba enim consolatoria ha
buit maxime ad Philip. & Thessa
lo. ut patet intuenti.

Debet insuper bonus prælatus Gen. 42
pigros & tepidos excitare, quod
fecit Patriarcha Iacob, qui audiens
quod alimenta uenderentur in Ae
gypto, dixit filijs suis, Quare negli
gitis? Et hoc strenuus & uigil Pau
lus optime moueratfaceret, Ad Ro Ro. 14.
nia. Hora iam est nos de somno sur
gere. Et ad Ephes. Surge qui dor- Eph. 5.
mis, & exurge a mortuis & illumi
nabit te Christus; Et ad Timoth. 2. Ti. 1.
Cōmonefacio te ut resuscites gra-
tiam dei, quæ est in te per imposi-
tionem mannum tuarum. 2. Re. 4.

Idem debet indigētibus pro pos
sibilitate sua quantum ad necessa-
ria subuenire. Exemplum est de
hoc i Eliseo, qui quinque panes fe
cit distribui filijs ꝓphetarꝫ. Quod Act. 20

& Paulus diligenter implebat, memor illius uerbi, Beatus est magis dare quam accipere: prout ipse refert. Cum uero non habebat, quod
1. Co. 16 dare posset, ab alijs solicite procurabat: & hoc optime apparet ad Co-
2. Co. 9 rint. De collectis autē &c̄. Et alibi. Qui parce seminat, parce & metet.
Item ad eum pertinet superbos
Nū. 16 & tumidos refrenare & humiliare Quod uolens facere Moyses, increpando dicebat, Multum erigimini in filijs Leui. Samuel etiam dixit Sauli. Quare non audisti uocem do
1. Re. 15 mini? &c̄. In hac arte Paulus erat
1. Co. 4 ualde peritus. Vnde ait, Peride quasi non uenturus sim ad uos, inflati sunt quidam, sed ueniam breui ad uos, si dominus uoluerit, & cogno
2. Ti. 6. scam, non sermonem ipsorum, qui iflati sunt, sed uirtutem. Et alio, Diuitibus in præsenti seculo, præcipe ne elato sint animo.

Rursus etiam bonus prælatus di
ſtãtes & ad eum accedere non uo-
lẽtes debet perſonaliter uiſitare,
Quod bene Samuel adimplebat, q 1.Re.7.
ibat circũiens Bethel & Galgala &
Maſphat: & iudicabat Hieruſalẽ. Et
quis hoc unquã exercuit ſicut Pau Ro.15.
lus q ab Hieruſalẽ uſq; ad ultimũ
mare, repleuit Euangeliũ Chriſti.
Ita quod uitam ſuam quendã cur
ſum nominauit. Et ſicut curro nõ
quaſi in incertum. Et iterum: Cur- 2. Ti.4.
ſum cõſumaui.
Item debet delinquentes & tran Exo.32.
ſgreſſores punire: ſicut fecit Moy-
ſes: quãdo populus uitulum confla
tile adorauit. In hac etiam parte,
Paulus negligens nõ erat, ſed dice-
bat: Arma militiæ noſtræ non ſunt
carnalia ſed potẽtia deo &c. Sequi-
tur: In prõptu habemus uindictam 2. Cor.
aduerſus omnem inobedientiam. 10.
Et; Cum uirga ueniam ad uos; an 2. Co.4.

De bonis principibus
in charitate & spiritu lenitatis.

Nũ.16 Item bonus prælatus debet con tumaces de populo, & pestiferos extirpare: sicut fecit Moyses de Chore, & his, qui adhęserunt sibi, Tu inquit, & omnis congregatio tua state seorsum. Deinde dixit ad alios, Recedite a tabernaculis horum hominum impiorum. Paul' de illo, qui tenebat nouercam suã,
1. Cor. 5 ait, Ego iudicaui tradere huiusmodi Sathanæ ĩ iteritũ carnis. Et post
1. Tim. 1 Expurgate uet' fermẽtũ Hymenæum & Alexandrum tradidit Sathanæ, ut dicerent non blasphemare.

Postremo debet pro uniuersis
Exo. 32. orare sicut faciebat Moyses. Is ora
1. Re. 12. bat dñm. Et Samuel, Absit a me hoc peccatum, ut cessem orare pro vobis.

Hoc autem Paulus diligentissi-
Roma. 1. me adimpleuit. Sine intermissione memoriam uestri facio semper, in-

orationibus meis. Et Thessa. Ora mus semper pro uobis, ut deus di gnetur uos uocare &c. Item hoc ip sum fieri hortabatur, dicens. Obse cro ut ante omnia fiant deprecatio nes pro omnibus hominibus, pro regibus &c. Thessa. 1 1. Tim. 2

De malis pricipibus & præ latis. Caput. CII.

PRecepit dominus Moysi dicẽs Tolle cunctos principes popu li, & suspende eos contra solem in patibulum. Num. 25

Dixit Moyses ad Aaron, Quid tibi fecit hic po pulus, ut induceres super eum peccatum maximum? Quasi diceret: Multũ peccaret prę latus in subditos, quando eorum prauæ acquiescere uoluntati. Exo. 24

Male corripuit Eli filios suos, quod multum displicuit domino. Et tamen corripuit eos uerbo, sed lente, non uiriliter & seuere, 1. Re. 2.

Quid ergo de illis qui in malis fa-
2.Re.24 uēt uł q dant eis occasionē peccādi.
Etiam malis prælatis debent deferre subditi: sicut Dauid: qui percussit cor suum quod præciderat oram chlamydis Saulis illius: nec aliquid mali uoluit facere ei.

1.Re.31 Totū pondus prælii uersum est in Saul: unde cecidit in prælio, & occisus est.

Propter peccatū, quod cōmisit
2.Re.24 Dauid innumeratione populi: mortui sunt ex populo septuaginta milia uirorum.

3.Re.12 Quia Roboam populum nimis grauare uoluit, magnam partē eius amisit.

Ibidem Occasionem dedit Roboam populo recedendi a cultu dei, quando uitulos fecit, & adorari eos pcepit,

Propter malos prælatos subditi
3.Re.18 interdum temporaliter affliguntur
Vnde Helias dixit Achab, Tu con

turbas Iſrael,& domus patris tui.
Rex Syriæ præcipit prĩcipibus 3.Re.22
curruum ſuorum,Non pugnabitis
contra maiorem uel minorem quē
piam:niſi contra regem Iſrael Sol⁹
autem ille erat Achab nequiſſimus
Manaſſes ſeduxit Iudam & ha- 2.Pa.33
bitatores Hieruſalē,ut faceret ma-
lũ ſuper omnes gentes:quas ſubuer
terat dominus a facie filiorum Iſrael.
Malorũ prælatorum in Hieruſa Eſa.1.
lem habitantium peccata expreſſit
Eſaias dicens Principes tui infide-
les ſunt, ſocii furum,ſequuntur mu
nera,diligunt retributiones.
De Nabuchodonoſor principe, Eſa.14.
peſſimo dr̄,Tu terrã tuã diſpdidi-
ſti tu populũ tuum occidiſti &c̄.
Sobna præpoſitus templi crede Eſa. 22.
bat in Hieruſalē diu uiuere & mo-
riturus honorifice ſepeliri. Sed mã
dauit dominus ei, Quid tu hic: aut
quaſi quis hic?Poſt pauca ſequitur

Expellã te de statione tua. Et ille ui
detur fuisse de his, qui dicebãt pau
lo ante: Comedamus & bibamus
cras enim moriemur.

Hier. 34. Sedechias rex Iuda, dixit princi
pibus Hieremiã occidi petentib⁹,
Ecce in manibus uestris est: non
enĩ fas est regẽ uobis q̃cq̃ negare.

Ezec. 13 Contra malos prophetas & prę
latos, dixit dominus per Ezechie
lẽ, Non ascendistis ex aduerso, nec
opposuistis murũ pro domo Isra
el, ut staretis in prelio in die dñi.

Eze. 34. Malis prælatis dominus p Eze
chielem terribiliter comminatur,
dicens, Væ pastoribus Israel, qui
pascebant semetipsos. Non ne gre
ges pascũtur a pastoribus? Statim
describit malorum actus pasto
rum. Lac, inquit, comedebatis,
& lanis operiebamini, & quod
crassum erat ocidebatis: & ęgrotũ
non sanastis: quod fractũ erat nõ al

ligaſtis, quod infirmum fuit nõ cõ ſolidaſtis: & quod abiectum erat, non reduxiſtis: quod perierat, non quęſiuiſtis: ſed cum auſteritate im perabatur eis &c.

Mali fuerunt illi pręſbyteri, qui Dan. 13
cõdemnauerũt Suſannã ad mortẽ, eo quod noluit cõſentire eis, cum ex hoc magis meruiſſet laudari.

Rex Demetrius Alchinum pro 1. Ma. 7
ditorem impium, conſtituit in ſa cerdotio, & mandauit ei facere ul tionem in filios Iſrael.

Elegit Bacchides uiros impios 1. Ma. 9.
& cõſtituit eos dominus regionis & expugnauit amicos Iudæ, & ad ducebant eos ad Bacchidem.

Iaſon fr̃ Onię, qui ſũmũ ſacerdo 2. Ma.
tiũ emit ab Antiocho, ſtatĩ ut obti nuit principatũ, ad gẽtilem ritum contribulos ſuos transferre cœpit.

Proprietates malorum prælato Ex nouo
rum tãgit dominus Ieſus, Seper ca teſtõ.

Mat. 23 thedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi. &c. Dicunt & non faciunt alligant onera grauia. &c. Addit. Veh qui clauditis regnum cœlorũ añ homines: & uos nõ intratis &c.

Et apud Ioannem, Mercenarius:
Ioan. 13 & qui non est pastor, uidit lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit. Non pertinet ad eum de ouibus sed curat tantum de pellibus.

Sciebat Pilatus, quod Iudæi per
Mat. 27 inuidiam dominũ tradidissent, sci-
Ioan. 19 ebat eum esse innocentẽ, & tamen propter fauorẽ populi, & timorem Cæsaris, tradidit eũ uoluntati eorũ.

Act. 4. Principes sacerdotum uocantes Petrum & Iohãnẽ, denunciauerunt ne omnio loquerentur nec docerẽt in nomine Iesu.

Act. 5. Videns princeps sacerdotũ multa signa ꝑ apostolos fieri, exurgens ipse & omnes qui cum eo erant iniecerunt manus in apostolos, & po-

fuerunt eos in custodia sua publica Angelus autem domini per noctẽ eduxit eos. Tũc abiit magistratus cum ministris, & adduxerunt illos & post multa consilia uocauerunt apostolos, & cæsis denũciauerunt, ne amplius loquerẽtur in noĩe Iesu.

Raptus fuit Stephanus a Iudæis Act. 5. 9
& adductus in concilium. Cũ plura obiicerẽt ei principes sacerdotũ dixerunt ei, Si hæc ita se habẽt. Qui cum fideliter se excusaret & duritiam Iudæorum acriter increparet, lapidatus est ab eis, præfato principi nullam displicentiã ostendendo.

Quiddam mines habentes puellam: a qua Paulus eiecit spiritum Act. 16.
Phytonicum, accusauerunt eum & Silam eius socium: quod ipsi ciuitatẽ turbabant. Magistratus autẽ sine aliqua probatione: fecerunt paulũ & Silã uirgis cædi & in carcerem durum mitti.

Act. 23. Productus Paulus in concilium cœperat ratiōabiliter loqui, sed ad primum uerbum quod dixit, princeps sacerdotum fecit eum percuti Tunc Paulus dixit, percutiet te dominus paries dealbate, & tu sedēs iudicas secundum legem, et contra legem iubes me percuti?

Act. 25. Malos p̄sides et iniquos habuit Paulus, Felicem & Festū, qui uolebāt gratiā Iudęis p̄stare: & iccirco cōpulsus est Cæsarem appellare.

De ambitiosis. Cap. CIII.

Num. 12. Locuta est Maria & Aaron cōtra Moysen, & dixerūt, Nōne & nobis similiter locutus est dominus? Sed hæc uerba uidebantur ambire ducatum populi sui.

Num. 16. Chore & complices sui anhelātes ad regnū populi, condemnauerunt Moysen, & Aaron accusauerunt, dicentes, Sufficiat nobis, qd omnis multitudo sanctorum est,

& in ipsis est dominus. Cur eleuamini super populum domini?

Abimelech filius Gedeonis callide procurauit se eligi per amicos ex parte matris suæ, sed postea pessime successit utrisque. Iudic. 9.

Parabola illa, quã pposuit Ionathas, quod oliua, uitis, & ficus noluerunt sibi regnũ accipere & pricipatum, Rhamnos uero arbor modica & uilis, regimẽ u urpare prę sumpsit, põt ad ambitiosos aptari. Eodem.

Dicebat Gad filius Obed, Utinam daret aliquis popolum istum sub manu mea, ut auferrem de medio Abimelech. Eodem.

Absalom hominibus ad iudiciũ regis uenientibus, Dauid blandiendo, detrahendo simul & ambiẽdo, dicebat, Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed nõ est q te audiat, cõ stitutus a rege. Quis me cõ stituat iudicẽ sup terram? Sed no- 2. Re. 15

ta, quid ei postea acciderit, Cap. 17. 18. eiusdem.

3.Re.1. Adonias filius Hagith eleuabatur, dicẽs: Ego regnabo.

Dixit Achias Sylonites propheta ad Hieroboam. Regna super omnia, quæ desiderat anima tua. Sed postea adeptus regnum sup. 10. tribus, pessime se habuit. 3.Re.11.

3.Re.16 Zambri uidens Hela dominum suum regem israel temulentum, occidit eum, & regnabat post eum septem diebus tantum.

4.Re.11 Athalia mater Ochoziæ regis, uidens mortuum esse filium suum in tantam exarsit libidinem dominandi, quod interfecit omne semẽ regium, excepto oas, qui fuit a sorore Ochoziæ furtiue sublatus.

4,Re.15 Sellum filius Iabes, coniurauit contra Zachariam regem Israel dominum suum. Et interfecit eum, & regnauit pro eo uno mense.

Nabucho

Nabuchodonosor rex Assyriorum uocauit duces bellatores suos, dixitque. Sibi cogitationē esse, ut omnem terrā suo subiugaret impio, Iudith. 2

Ambitiosi & superbi plus affliguntur de paucis, qui eos præcedunt, uel eis non obediunt, quam lætentur de multis, qui eos sequuntur uel obsequuntur eis. Vnde superbus Aman, qui erat secundus a rege, & filios & diuitias multas habebat, quandiu uidebat Mardochæum ante fores regias &c. Esth. 5

Audiuit Seron, quod congregauit Iudas ecclesiam fideliū, & ait, Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudam. Sed ipse cito fuit debellatus a Iuda. 1. Mac. 3

Alchinus, qui uolebat summus sacerdos fieri, & quidā alij iniqui de populo Iudæorū, uenerunt ad regem Demetrium, dicentes ei: Perdidit Iudas & fratres eius a-

micos tuos, & uos disperdidit de terra nostra.

1. Ma. 11 Ptolemęus rex Aegypti uoluit dolo opprimere regnum Alexandri, & tandem obtinuit. Alexādro autem deuicto & in Arabiam fugato, abstulit Zabdiel Arabs caput Alexādri, & misit Ptolemæo, qui parum gauisus est, quia mortuus est die tertia.

1. Ma. 15 Ptolemæus filius Abobi habebat argentum & aurum multum. Exaltatum cor eius est, & uolebat obtinere regionem, qua occasione proditiose occidit Simonem summum sacerdotē, & duos filios eius.

2. Ma. 4 Ambibat Iason sup oēs summū sacerdotiū, propter hoc adijt regē Antiochum nobilē, promittens ei 360. argenti talenta, & multa alia. Quod cū rex annuisset, modico tēpore sacerdotij honore functus est, qa Menelaus quē missit ad Antio

chum, retorsit in se summū sacerdotium, qui etiā cito fuit amotus, & Lysimachus frater eius loco illius substitutus.

Cum uidisset Simō, quia per impositionem manuum Apostolorū daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens Date mihi hanc potestatē, ut cuicunque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ei, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Act. 8.

De tētatiōe diaboli. Cap. CIIII.

SErpens callidus ad tentandum, imo diabolus in serpēte, humanum genus ex parte debiliorum, & ad peccādum promptiorum aggressus est. Non enim Adam primū tentauit sed Euam. Itē explorādo a lōge incœpit, nō stati comedere uetitū fructū ex abrupto suasit.

Item negauit pœnam sequuturam, pro mandati transgressione, Gene. 3.

& magna bõa asseruit affutura pro una tali comessatione.

Spiritus mendax frequenter in tentatiõe mẽtitur, Vnde dixit Euę,
Eodem. Nequaquam moriemini. Ita dixit
Luc.4. Saluatori, cum ostendisset ei omnia regna mũdi. Mihi tradita sunt, & cui uolo, do illa.

Tum & scripturã sacram peruer
Matt.4. se allegat quũ dixit dño angelorũ, Angelis suis mãdauit de te, &c.

Consurrexit Sathan contra Israel,
2.Pa.22 & incitauit Dauid, ut numeraret Israel.

Petiuit Satã a domino, ut Hiob
Hiob.12 tãgeretur in rebus, & liberis & corpore. In quo potest notari, & calliditas & malignitas, & infirmitas inimici.

Non expedit tentationes suas re
Dan.13. uelare alicui homini, quem credit tentaturum de simili peccato, fore: sed magis alicui discreto & sancto,

qui eum confortet in bono. Vnde duo senes, quando sibi inuicem cō cupiscentiam suam indicauerunt, ad peius prouocati fuerunt.

Tētatio domini nos instituit ad uincendum omne genus tentationis. Fuit enim tentatus a tribus, ad que omnia possunt tentamenta reduci. Et nota, Quod non per potentiam, sed per scripturam tentatorem uicit. Mar. 4. Lucæ. 4.

Ait dn̄s Simoni Petro, instante passione sua, Ecce Sathan expetiuit uos, ut cibraret sicut triticū, Ego autem rogaui pro te. Diabolus misit in cor Iudæ, ut traderet dominū Iesum Christum. Luc. 22. Ioā. 13

Dixit petrus Ananię, Cur tētauit Sathanas cor tuū mētiri te spiritui sancto & fraudare de pretio agri? Acto. 5

De peccato in generali, & uariis pœnis, quæ ex peccato consequuntur. Cap. CV.

Gen.23. QVod peccatum causet in homine erubescentiam, patet per hoc quod in statu innocentię erant primi parentes nudi, & nō erubescebant, post peccatum uero sibi statim operimenta fecerunt.

Gene. 3. Peccatum infamat peccatorem. Vnde Adam post peccatum quærebat se abscōdere a facie domini.

Ibidem Peccatum etiam facit hominem timidum. Vnde Adam postquam peccauit dixit, Timui eo quod nudus essem, & abscondi me.

Ge.4.19 Enormitas sceleris, clamat pro uindicta ad aures dei. Vt Gen.4. Vox sanguinis fratris tui &c. Et alibi, Clamor Sodomorum. In pœna tēporali punit dn̄s peccatū quādoque, ut patet in Adā & Eua Gene.3 In Cain Gen.4. In Sodomis. Cap. 19. Et in filijs Israel multoties. Tū & Ioan.5. Noli iam peccare, ne de-

terius tibi aliquid cōtingat.

Pharao ꝓpter peccatū, recognoscebat se a domino flagellatū, dicēs: Peccaui in dominum & in uos. Exod.10

Fecerunt filij Israel malū in cōspectu domini, iratusq; dn̄s tradidit eos in manibus diripiētiū, q ceperunt eos, & uēdiderunt hostib⁹. Iudic.2

Peccatum ipsum peccātem quiescere non permittit, unde percussit cor Dauid, priusquam numeratus est populus. 2.Re.24.

Salomonē sapiētissimū, peccatū infatuauit, ipsius etiā famā maculauit. Dedisti maculā in gl'ia tua &c. Eccle.4.

Postquā Ioram rex Iuda cœpit ambulare p uias regnū. Israel pessimas, recessit Edom de, eo & noluit ei tributum soluere consuetum. 4.Re.8.

Dereliquerūt filij Israel dn̄i præceptum, & fecerunt sibi deos cōflatiles, seruieruntq; Baal &c. sequtur, Trāslatus est Israel de terra sua. 4.Re.17.

4.Re.24 Factum est uerbū domini contra Iudam ut hauferret eum coram se, propter peccata Manasse, quæ fecit propter sanguinem innoxium quem effudit

Hiere.4. Deserta est Hierusalem, & omnes urbes Iuda, & non est habitator in eis, propter malitiam, quam fecerunt, ut me ad iracundiam prouocarent, Consuetudine non causaliter allegari debet.

Eodem. Tāta est grauitas peccati, quod dicitur Hiere, non poterat dominus ultra, propter malitiam studiorum uestrorum.

3.Re.11. Propter peccatū debilitatur homo: peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Vnde seruus Salomonis ausus est in surgere in dñm, post ipsius peccatum.

Ioan. 5. Cum sanasset dominus Iesus hominem languidum, in grabbato iacentem, inuenit eum in templo,

& dixit, Ecce sanus factus iam es
Iam noli peccare, ne deterius aliqd
tibi contingat.

Mulieri in adulterio deprehensæ, & a Iudæis coram domino accusate, dixit Saluator noster, uade & amplius noli peccare. Ioan.8

De confessione peccati.
Caput. CVI.

Monebat dominus Adã post peccatum cognoscere culpã suam, sed ille eam quodammodo retorsit in deum & mulierem, & mulier in serpentem. Vnde ait, Mulier, quam dedisti mihi sociã, &c. Et post, serpens decipit me. Gene.3.

Cain recognouit peccatum, dicens: Maior est iniquitas mea, quã ut ueniam merear. Gene.4.

Item Pharao dixit, peccaui in dominum & in uos. Et peccaui etiam nunc. Dominus iustus: & ego & populus meus impij. Exod.9.

1.Re.26. Saul ait, Peccaui, apparet quod stulte egerim & ignorauerim multa nimis.

Ma.27 Item Iudas, Peccaui tradens sanguinē iustum. Nullus tamen ex illis ueniam consecutus est, quia nō recto corde dixerunt.

2.Re.12. Simile dixit Dauid corde humili, & audire meruit, Dominus transtulit peccatum tuum.

Afflicti filij Israel per ignitos ser
Num.23 pētes uenerunt ad Moysen, atq; dixerunt, peccauimus, quoniam locuti sumus contra dominum, & contra te.

Iudic.10 Vehemēter oppressi filij Israel a Philistæis & filijs Amnon, dixerūt ad dominum, Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos.

1.Re.12. Reprehēsus Dauid a Nathan propheta super excessum, quem ommiserat in Vriam & uxorem eius,

peccatū sum humiliter recognouit.

Humiliter recognouit peccatū suum Dauid, quando fecerat populum numerari, ita quod etiam obtulit se percutiendum loco populi innocentis. 2.Re.24

Dixit Nemias: cōfiteor ꝓ peccatis filiorū Israel, q̄bus peccauerunt tibi: & ego et dn̄s patris mei peccauimus, uanitate seducti sumus. Neh.1.

Quāuis Tobias ab infantia deum timuerit, & mādata eius custodierit, tamen dicebat, humiliter recognoscens, Non egimus secūdum præcepta tua, & non ambulauim⁹ synceriter coram te. Tob.3.

Tres socij Danielis, q̄ ita sancte inter Chaldæos uixerant, & pro q̄bus deus tantū miraculū faciebat in fornace, nequaquam cōtra dominū murmurabant, quasi iniuste talia paterētur, sed dicebat Azarias; Peccauimus, inique egimus. Dan.3

Dan.9 Orans deum Daniel, confitebatur peccata sua & populi, dicens: Peccauimus, iniquitatem fecimus impie egimus &c.

2.Ma.7. Sextus illorum septem fratrum mori incipiẽs, ait: Nos enim ꝑpter nosmetipsos hæc patimur, qa peccauimus in Deum nostrum.

Mat.3 Videbat ad Ioannem Baptistã omnis Iudæa & omnis regio trans Iordanem, confitentes peccata sua &c.

Act.19 Predicãte Paulo per Asiam, multi credentium ueniebant confitentes & annunciantes actus suos.

De duritia & obstinatione maloꝝ. Cap. CVII.

Gen.4 CAin post increpationẽ, quam fecit dominus peior fuit, & fratricidium perpetrauit.

Exod.5 usq; ad 10 cap. Cor Pharaonis non per blandimenta quæ primo dixit Moyses ex parte domini, nec per dura fla-

gella potuit emolliri.

Filij Israel dicuntur a domino populus duræ ceruicis, ut paret Leuit pluribus locis. Exo. 32

Heli sermonibus suis filios corripuit, sed nihil eis profuit. 1. Reg. 2

Samuel prædixit populo conditiones regis eorum ualde graues, & quod hoc displicebat dño, & tamen uoluit desistere ab incœpto. 1. Re. 8

Non per uerba Ionathæ nec per beneficia a Dauid recepta, cor Saul ad diligendum ipsum Dauid potuit prouocari. 1. Re. 18

De Nabal dicitur, quod erat durus, pessimus & malitiosus. 1. Re. 25

Obstinate nimis Asahel psequebatur Abner. 1. Re. 2.

Mittebat dominus uiris Iuda prophetas, ut reuerterentur ad eũ, quod illi audire nolebant. Imo & Zachariam filium Ioiadæ increpãtem eos, crudeliter occiderunt. 1. Par. 24

2.Par.30 Hezechias rex Iuda misit nunciōs in uniuersum Israel, dicētes, Nolite indurare ceruices, sicut patres uestri &c. sequitur. Quod illi irridebant & subsannabant eos.

Luc.22. Joan.18. Durissima fuerunt corda illorū, qui uenerunt ad comprehendēdū dominum, quos cum ad terrā prostrauisset solo uerbo, & auriculam illius sanasset, non fuerunt moti ad misericordiam, uel ex miraculi manifestatione uel ex beneficij pietate.

Actu.6. Beatus Stephanus, Iudæos ardenter increpans, ait, Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus, uos semper spiritum sancto restitistis.

De peruersitate quorundam. Cap. CVIII.

Gen.3. PRima mulier ordinem naturę peruertit, quando de fructu uetito uiro dedit, & ille comedit. Cum ipse uir eam debuisset

docere, quid illa deberet comedere uel uitare.

Dominus despolijs Aegyptiorũ ditauit Hebręos, licet sint multi q̃ ditãt Aegyptios de spolijs Hebræorum, scilicet usurarij, &c̃. Exo. 12.

Filij Israel in deserto penuriam patiẽtes, dicebant se super ollas carnium in Aegypto sedisse: sed nõ faciebant mentionem de grauissima seruitute, aut seueritate qua uexabatur. Exod. 16

Dicebat populus in deserto, Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis. Cum tamen tunc seruitute grauissima premerẽtur, nũc liberi in deserto pãe angelorũ, id est, cibo sapidissimo sine labore dato cælitus alerentur. Nu. 11.

Narantibus exploratoribus conditiones terræ promissionis, uoluit populus contra uoluntatem domini in Aegyptum redire, & ne- Nu. 13

quaquam ultra procedere. Cito uero post, uoluit contra uoluntatem domini nimium festinare.

Nu.16 Vocati Cathã et Abyrõ a Moyse, responderunt, Non ueniemus. Nunquid parũ est tibi, quod eduxisti nos de terra, quæ lacte & melle manabat?

Nu.20 Petijt Moyse a rege Edom, dicens: Obsecramus, ut nobis transire liceat per terram tuam: non ibimus per agros, sed uia publica gradiemur. Respondit tñ ille: Nõ transibitis p terram, alioquin armatus occuram tibi.

Num.21 Simile accidit de Seon rege Amorrhęorum, sed quia uoluit concedere pauca, amisit multa.

Num.24 Noluit Balaam maledicere populo; quẽ credebat benedictionem habere a deo, sed sunt multi qui plura mala dicunt de bonis quam de malis. Et mirũ fuit, quod qui noluit

luit eos maledicere, uoluit eis malefacere Nam licet ostẽdisset ei dominus, quod populus Israel erat benedictus, tamen finaliter dedit prauum consilium, per quod a mulieribus est seductus.

Filij Israel audiẽtes mandata domini omnia fecere contraria. Iudic.2.

Viri Ephraim rogari a Iephthe ut secum uenirent ad prælium, noluerunt. Quo post uictoriã redeunte, quasi eos non uocasset contra eum iurgari cœperunt. Iudic.12

Dauid psallebat corã Saule a dæmone uexato, & ipsi utiliter seruiebat. Et tñ ipse Saul uoluit cõfigere eum parieti, cũ lãcea, quã tenebat. 1.Re.18. 19.

Saul uoluit occidere filium suũ Ionatham, quia excusabat Dauid innocentem. 2.Re.20

Dicebat Saul seruos suos cõiurasse aduersum, & Dauid insidiari ei, quẽ etiam ad mortem quærebat, 1.Re.22

& iuenire, uel cape nõ poterat &c.

Rex filiorũ Amnon, uidens qđ
2. Re. 10. iniuriam fecisset Dauid uoluit im
pugnare eum, cum magis debuis-
set laborare ad placandum eum.

Amnon filius Dauid, Thamar
2. Re. 13 sororem suam uiolenter oppres-
sam, a se expelli fecit.

Absalom filius Dauid, contra
2. Re. 15. patrem malitiose se amouit, & ad
concubinas illius uidentibus cun
ctis intrauit, ipsum patrem suum,
uita & regno priuare uoluit.

3. Re. 13 Sublimatus a domino Hierobo
am super decem tribus Israel, statĩ
auertit populũ a cultu dei, & mo
nitus per prophetam præcepit
eum capi.

3. Re. 16. Achab rex Iuda altare domini
transtulit & fecit fieri altare ad si-
militudinem illius, quod uiderat
in Damasco, & super illud offerri
holocausta præcepit.

Idololatria, sortilegia, homici dia, & diuersa scelera, quæ commi sit Manasses rex Iuda, satis narran tur. 4. Reg. 21. 2. Pa. 33

Cum debellasset Amasias Idu mæos, & filios Seir, & tulisset de os eorum adorauit eos: et illis ado leuit incensum. Propter quod do minus eum arguit per prophetam dicentem sibi, Cur adorasti deos, qui non liberauerunt popolum su um de manu tua? 2. Pa. 25

Achaz rex Iuda immolauit ui ctimas dijs Damasci percussorib⁹ suis, & dixit: Dij regum Syriæ: au xiliãtur eis. Quos ego placabo ho stijs & aderunt mihi. Quum econ tra ipsi fuerint ruina ei, & uniuer so Israel. 2. Pa. 28

Quia unus solus Mardochæus nõ adorabat Amã supbissimũ, ipe Amã pcurabat apud regẽ Assyrio rum oẽs Iudęos debere interfici. Esth. 3

Hier. 44 Arguẽte Hieremiam propheta populum, ꝓ eo, quod sacrificabat dijs alienis, respõderunt: Ex eo qđ cessauimus sacrificare reginæ cœli & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus.

Dan. 6 Principes & Satrapæ Darij regis Persarum, accusauerunt Danielem, quod tribus temporibus per diem orabat dominum suum.

Dan. 13 Duo senes presbyteri, q̄ uiderũt Susannam esse constantissimę castitatis, debuerant ualde eam diligere & laudare. Ipsi uero econtra detraxerunt ei, et conati sunt eam condẽnare morti: sed dominus eam mirabiliter per abstinentem puerum liberauit.

1. Mac. 7 Alchinus impius de gente Iudæorum, qui debebat diligere Iudam, & fratres eius, iuit ad regem Demetrium, & quidam alij iniqui

ex Iſrael dicẽtes, Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos, et nos diſperſerunt de terra noſtra.

Cum uellet Antiochus ciuitatẽ Pentapolim ſpoliare, fugatus eſt multitudine ad arma concurrente. Quam iniuriam in Iudæos uoluit retorquere. 2.Ma.6

Ioppitę crudele flagitium perpetrauerũt, rogauerũt ducẽtes Iudæos, ut aſcenderent naues. Qui cũ eſſent ĩ alto mari ſubmerſerunt eos. 2.Ma.12

Nec auſterus uictus Ioãnis, nec condecens manducatio ſaluatoris placuit Iudæis. Mat.11

Phariſæi uidentes dominum dę monia eijcientem turbis ſtupentibus, blaſphemabant, dicentes: Hic non eijcit, niſi in Beelzebub principe dæmoniarum. Luc.11. Mat12

Nimia fuit peruerſitas in Iuda, qui pro.30. argenteis tradidit ſaluatorem. Mat.26

De nequitia tyranno- rũ. Cap. CIX.

Exod. 1. VArias adinuenit neqtias Pha rao ut possit extiguere, uel ad numerum paruum redigere filios
Exo. 10 Israel. Imprimis eos duris labori bus pręcepit affligi: deinde mascu los occidi, postea eos mandauit in fluuiũ proijci & fœminas reserua ri. Primo simpliciter dixit Pharao Nescio dominum, & Israel non di mittam. Deinde concessit dicens, Ite sacrificate domino ĩ terra hac.
Eodem. Postea dimittere eos uoluit, ut sa crificarent domino in deserto. Ve runtamen longius ne abirent, post modum uoluit ut uiri irẽt: dum ta men oues & armenta dimitterẽt.
Exod. 5. Postquã intellexit Pharao, qđ filij Israel uoluerunt sacrificare do mino, durius afflixit eos.

Septuaginta reges, amputatis
Iudic. 1 manuum ac pedum summitati-

bus,colligebant reliquias sub mē
sa Adonibezech.

Abimelech fili⁹ Gedeonis usur pato dominio super populo.70. uiros fratres suos occidit super lapidem unum. Iudic.9

Post multa bñficia a Dauid pcepta,Saul q̄siuit eū ad mortē et occidit 85.viros,portantes Ephod. 2.Re.21.

Virum dei arguentem Hieroboam pro altari sacrriego, quod construxerat, præcepit ipse Hieroboam apprehendi. 3.Re.13.

Iezabel fecit Heliam ad mortem quæri quia prophetas Baal fecit occidi. 3.Re.19.

Naboth Israelites lapidatus fuit procurante Iezabel, & fecit falsos testes contra illum produci. 3.Re.21.

Achab rex Israel fecit poni Michæam prophetam in carcererem, & sustentari pane tribulationis & aqua angustiæ. 3.Re.22.

Cum factum esset uerbũ dñi in
3.Re.26 manu Iehu prophetę, contra Baasa
regem Israel, & contra domũ suã,
occidit prædictum prophetam.

Manasses rex Iuda sanguinem
4.Re.21 innoxium effudit & impleuit Hie
rusalem cruore innocentum.

Tob.1 Cum reuersus esset Sennacherib
fugiens a Iudæa, plagam quam cõ
tra eum fecerat deus propter blas-
phemiam suam, iratus multos Iu
dæos occidit &c.

Nabuchodonosor dixit Holofer
Iudit.2. ni, Nõ parcet oculus tu' illi regno.

Iud 3. De Holoferne uero postea legi-
tur, Quod tantus metus illis ꝓuin
cijs incubuit, ut uniuersarum urbi
um habitatores exirent obuiam ue
nienti, excipientes eum cum coro
nis & lampadibusl, ducentes cho-
ros in tibijs & tympanis, nec tamẽ
ista facientes, ferocitatem pectoris
eius mitigare potuerunt.

Quia Mardochæus supbissimo Esth. 3
Aman genua non flectebat, magis elegit Aman procurare oẽs Iudæos occidi, quam parcere uni soli.

Ad petitionem principum populi, præcepit Sedechias rex Iuda Hieremiam prophetam mitti in lacũ, in quo non erat aqua nec lumẽ. Hier. 38

Rex Babylonis occidit filios Sedechiæ regis Iuda in oculis eius i Reblatha, oculos quoq; eius eruit & uinxit eum compedibus, ut adduceretur in Babylonem. Hie. 39

Nabuchodonosor rex Babylonis, in furorem uersus præcepit, ut perirent omnes sapientes Babylonis: pro eo scilicet quod nõ poterãt ei somnium, quod uiderat idicare. Dan. 2

Mira crudelitas fuit cum Nabuchodonosor rege Babylonis, cum fecit socios Danielis in fornacem ignis ardentis mitti. Dan. 3

Antiochus ascendit Hierosoly- 1. Ma. 1.

mam, & fecit cædem hominum.
Et iterum postea sui effuderũt san
guinem innocentem per circuitũ
sanctificationis Hierusalem &c.

1.Ma.7. Comprehẽdit exercitus Antio
chum filium Antiochi, & Lysiam
& deduxit eos ad Demetrium,
qui uoluit uidere eos, & occidit
eos exercitus.

1.Ma.13 Tryphon cepit Ionatham pro
ditiose. Cumq; teneret eum, petijt
pro eius liberatione. 200. talenta ar
genti, & duos filios eius pro obsi
dibus. Quos cum haberet, occidit
nequissime patrem cum filijs.

2.Ma.4. Rogatus a Menelao Androni-
cus, & per munera quæ accepit ab
eo corruptus, occidit Oniam sum
mum sacerdotem.

Ibidem. Rex Antiochus Menelaum ho
minem sacrilegum de sceleribus
multis accusatum absoluit, et accu
satores eius morte damnauit, &

eum immunem dimisit. 1.Ma.6.

Nimiam crudelitatem in Elazarum illi tyranni ab Antiocho missi exercuerunt & similiter in illos septem fratres, & eorum matrem. Mat.2.

Videns Herodes, quod illusus esset a Magis, iratus est ualde, & mittẽs occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & i omnibus finibus eius, a bimatu, & infra.

Sciebat Herodes Tetrarcha: Ioãnem Baptistam esse uirum iustum & sanctum. Et tamen ad petitionem unius meretricis, fecit eum i carcere decollari. Mat.14. Mar.6.

Pilatus sciebat, quod Iudæi per inuidiam tradidissent dominum, & nullam causam poterant inueni re. Tamen eorum consentiens c la moribus, & timens perdere amici etiam Cæsaris, ipsum flagellatum tradidit uoluntati eorum. Mat.29.

Accesserunt quidam Ph[illegible]isæo- Luc.13.

rum ad dominum Iesum dicentes, Exi, & uade hinc quia Herodes, uult te occidere.

Luc. 23. Herodes Tetrarcha multo tempore cupiebat uidere Iesum, et uiso eo gauisus est ualde: & tamen spreuit illum cum exercitu suo, & illusit, & indutum illum ueste alba dimisit ad Pilatum.

Act. 12. Misit Herodes rex Agrippa manus, ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrē Iohannis. Videns autem, quia placeret Iudæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum.

Act. 16. A quibusdam fuit Paulus mendaciter, accusatus, pro eo quod ipse spiritum Phytonicum eiecerat a quadam puella. Magistratus autē miserunt eum & Silam eius sociū & uirgis cędi et in carcerem mitti, & pedes eorum ligno stringi.

Act. 24. Felix præses sperabat, quod pe-

cunia ei daretur a Paulo, quem te-
nebat uinctum: propter quod fre
quenter accersens eum, loquebatur
cum eo. Successit autem ei Festus,
& uolens Felix gratiam præstare
Iudæis, & Paulum grauare, uinctũ
reliquit: propterea Paulus compul
sus est Cæsarem appellare.

De oppressione bonorum per malos. Cap. CX.

CAin nequam & inuidus præ ualuit aduersus Abel iustum, & occidit eum. Gen. 4

Sodomitæ animam Loth multi pliciter afflixerunt. Gen. 19.

Oderat semper Esau Iacob, dixitque in corde suo, Venient dies luctus patris mei, & occidam fratrem meum. Vnde & compulsus est Iacob fugere ad Laban auunculum suum. Gen. 27 28.

Oderant filios Israel AEgyptij, & affligebant illudentes eis, atque Exo. 1.

ad amaritudinem perducebant uitam eorum.
Iudic.9 Abimelech ambiēs pricipatum uel regnū, occidit.50.fratres suos.
Saul diu persequutus est Dauid
1.Re.17. qui tamen ei fideliter & utiliter seruiebat.
Absalom in tantum commouit
2.Re.15. populum aduersus Dauid, quod compulsus est exire Hierusalem, licet cito fuerit reuocatus.
3.Re.19. Impijssima Iezabel minata & conata est, qui occideret hominem Heliam: ita quod ille timens abijt, quocunque eum ferebat uoluntas.
4.Re.6. Rex Israel Ioram pessimus, audiens quod maxima fames esset in ciuitate, misit uirum ad amputandum caput Elisei.
Ad imperium Ioas regis Iuda,
2.Pa.24. lapidatus est Azarias filius Ioiadę pro eo quod arguebat regem & populum, sculptilibus seruientes.

Nabuchodonoſor præcepit Holoferni, ut omnes deos terræ exterminaret, uidelicet ut ipſe ſolus deus diceretur: & propter hoc multa regna deſtruxit, & populum dei, qui nuper redierat de captiuitate Babylonis, afflixit. Iudit. 1.

Aman ſuperbus, crudelis & impius, ita potens fuit, quod pro nihilo habuit procurare necem omnium iudæorum: ſed diuina prouidentia eius conatibus obuiauit. Eſth. 3. 4

Percuſſit Phashur Hieremiam prophetam: & miſit eum in neruũ. Hie. 20.

Ananias prophetauit plane cõtra illud quod dicebat Hieremias, & tulit catenã ligneam de collo Hieremiæ, & confregit eã, & abijt Hieremias in domũ ſuam, quaſi confuſus ab illo mendace propheta. Hier. 28.

Nabuchodonoſor rex Babylõis Azariam & ſocios eius in fornacẽ mitti iuſſit, eo quod illi adorare no Dan. 3 13. 14.

luerunt ſtatuam: quam ipſe idololatra iniquus erexit. Et Daniel bis fuit miſſus in lacum leonum, procurantibus peſsimus hominibus.

1. Mac. 1 Antiochus aſcendit Hieroſolymam in multitudine graui cum ſuperbia: & fecit ibi terribilem hominum cœdem.

1. Ma. 9 Bacchides, & Alchimus proditor, miſſi a rege Demetrio, tantum exercitum produxerunt contra Iudam. Machabæum, quod ipſe Iudas cecidit in bello, & cæteri commilitones ſui fugerunt.

1. Ma. 13 Proditor & doloſus Tryphon, qui dominum ſuum regem. Antiochum adoleſcentem dolo occidit, Ionatham & duos eius filios nequiter interfecit.

Mat. 14 Mar. 6 Iohannem Baptiſtam, totius exemplar ſanctitatis, ad petitionem unius meretricis Herodes adulter uiliſſimus decollauit.

Saluator

Saluator mundi dominus Iesus Mar.28.
fuit percussus & delusus ab Anna, Ioan.12.
Caipha & ab Herode Tetrarcha, Luc.24.
& tandem a præside Pilato iudica
tus & crucifixus: imo ab ipsis la-
tronibus blasphematus.

Principes sacerdotum & omnes Act.5.
qui cũ illo erant, iniecerunt manus
in apostolos, & posuerũt eos in cu
stodia publica, & postea fuerũt cæ
si, & denunciatum est eis, ne ampli
us loquerentur in nomine Iesu.

Quidam Iudæi cõmouerunt ple
bem et seniores & scribas, & rapue Act.6.7.
runt Stephanum, & statuẽtes duos
falsos testes contra eum, lapidaue-
runt ipsum.

Misit Herodes Agrippa rex ma Act.12.
gnus, ut affligeret quosdam de ec-
clesia. Occidit autem Iacobum fra
trem Ioannis gladio, & insuper
incarcerauit Petrum.

Iudæi concitauerunt religiosas. Act.13.

mulieres & primos ciuitatis, & ex
citauerunt perſequutionem in Pau
lum & Barnabam, & eiecerũt eos
de finibus ſuis.

Act. 14. Quum Paulus & Barnabas eſ
ſent Lyſtris ciuitate ita honora-
ti, quod illi homines ipſis quaſi
dijs ſacrificare uoluerunt, ſuper-
uenerunt quidam Iudæi, & perſua
ſis turbis lapidantes Paulum, ex-
traxerunt extra ciuitatem, exiſti-
mantes eum mortuum eſſe.

Act. 16. Quidam quæſtuarij ducentes
unam mulierem Phytoniſſam, a
qua dæmonium Paulus eiecerat,
ita concitauerunt principes & ma
giſtratus de ciuitate Philippis: qđ
Paulus & Silas ſocius eius iuſſi
ſunt cædi & in carcerem mitti, &
pedes eorum ligno aſtringi.

De Tribulatione, & eius uti-
litatibus. Cap. CXI.

Gene. 41 PLus creuit Ioſeph in exilio in

terra paupertatis suæ, quam creuisset inter fratres suos in terra natiuitatis suæ. Fratres Ioseph loquuti sunt adinuicē. Merito hęc patimur Quia peccauimus in fratrē nostrū, iccirco uenit super nos tribulatio.

Filij Israel creuerūt ex oppressionibns & tribulationibus Pharaonis. Quanto enim opprimebāt eos Aegyptij, tanto magis multiplicabantur & crescebant. Exod. 1.

Afflicti filij Israel a serpentibus ignitis, dixerunt ad Moysen, Peccauimus quoniam loquuti sumus contra dominum & contra te &c. Antequam uero dominus illos serpentes immitteret, nec peccatum suum recognoscebāt, nec diuinum auxilium postulabant. Nu. 21.

Tanto tempore principatus Iosue, quando filij Israel grauissima prælia habuerunt, non leguntur a dño recessisse, sed cito post, quādo Iosue. 1.

in abondantia & quiete fuerunt.

1.Reg.7. Audierunt filij israel quod Philistæi essent congregati, ut uenirent contra eos, & timētes dixerunt Samueli, Ne cesses pro nobis clamare ad dominum.

2.Re.16. Fugiens Dauid a facie Absalon, seruo suo maledicent sibi, patiens fuit. Sed obtenta uictoria superbiuit, quādo iussit populū numerari.

Ibidem. Videns Dauid dominum propter peccatum elationis eius iratū, humiliter recognouit culpam suā, & petijt ut ipsemet puniretur, & populo parceretur.

1.Re.19. Heliam fugientē reginam Iezabel persequentem, angelus domini confortauit, & panem & aquam ei ostendit.

3.Re.22. Pane tribulationis & aqua angustiæ iussus est Michæas propheta sustētari in carcere. Propterea, quia noluit Achab iuxta suam uolunta-

tem respondere.

Voluit dominus ut uiri Iudæ af- 2.Pa.12
fligerentur a rege Aegypti, ut sci-
rent distantiam seruitutis diuinæ
& seruitutis regni terrarum.

Postquam Manasses angustia- 2.Pa.33.
tus est, orauit dominum, cum esset
uinctus in Babylone, & egit pœ-
nitentiam ualde coram domino, &
exaudiuit dominus orationē eius.

In tribulationis tempore clama Neem.9
uerunt ad te, & tu de cœlo exaudi-
sti eos, & super miserationes tuas
multas dedisti saluationes.

Permittente deo, post bona ope Tob.2.
ra Tobias fuit excæcatus, & dein-
de derisus est ab illis, qui eū debue
rant cōsolari. Sed postea dominus
multipliciter consolatus est eum.

De populo suo loquens Iudith, Iudith.8
dixit, Memores esse debetis, quan-
do Abraham pater uester tentatus
est, et per multas tribulationes pro

batus, dei amicus effectus est.

Iob.30. Tribulationes sustinuit Iob in anima, per uxoris & amicorũ suorum opprobria et cõtumelias, quæ ipsum ad tristitiam prouocare debebant. In corpore, de grauissima infirmitate, quæ totum corpus a planta pedis usq; ad uerticem occupabat. In amissione rerum & liberorum. In subtractione solatii, quia anhelitum uxor eius abhorrebat. Alii etiam iuuenes, seu uiles homines, ipsum deridebant, & eius faciem conspuebant.

Hier.15. Sanctificatus ĩ utero Hieremias, & prophetiæ spiritu plenus, dicebat de se. Quod erat uir rixæ & discordiæ in uniuersa terra, & quod omnes maledicebant ei.

Hier.36 Pro ueritate uero, quam populo prædicabat, fuit quandoq; percussus, pluries incarceratus Cap.38. Et tandem ab ipso populo lapida-

tus.

Exul Ezechiel in Chaldæa, in medio captiuorum, uidit mirabiles dei uisiones. Per qđ patet, quoniam tribulationibus frequenter deus hominem consolatur. Ezec. 1. & deinceps.

Bene apparet dominũ esse cum homine in tribulatione, per illos socios Danielis, cũ quibus uidit Nabuchodonosor quartum, similem filio dei. Dan. 3.

Nabuchodonosor in prosperitate fuit arrogans & superbus: ideo eiectus ab hominibus & in bestiã mutatus, recuperauit sensum quẽ amiserat in honore elatus, & laudauit altissimum quem blasphemauerat prius. Dan. 4.

Tantum uel amplius laudatus fuit deus ex trium puerorũ patientia, quam habuerũt in fornacis tribulatione, quam ex Danielis sapientia, quam habuit in somniorum Dan. 23.

expolitione seu interpretatione.

Dan.13 Susanna in cōdemnatione mortis posita, nec habens recursum ad humanum adiutorium, flens respexit ad cœlum, Sicut auis in terra ab hominibus & canibus circuncincta, non habet refugium, non eleuet se in altum.

1.Ma.9 Post obitum Iudæ Machabæi emerserunt iniqui, & facta est fames ualida, & abstulit Bacchides impius dominos regionis, & facta est tribulatio magna in Israel.

2.Ma.6 Decretum exiit contra Iudæos, tam iniquum ut omnes trucidarentur, qui sacrificare nolebant. Erat ergo Iudææ miseria magna.

2.Ma.9 Antiochus cum esset sanus, fuit crudelis homicida, superbus: postea percussus a deo grauissima & insanabili plaga, propositū & uerba mutauit.

Matt.2. Natus in mundo cito passus est

dominus pressurã mundi:ita quod Ioseph accepit eum & matrẽ eius, & fugit in Aegyptum. De multis afflictionibus & iniuriis quas passus est, require in Cap. De misericordia & patientia.

Apostoli præcepto magistratuum flagellati, ibant gaudentes, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Act. 5.

Quãquam uero Paulus tunc nõ esset cum illis, tamẽ ipse postea de se dixit, Gloriamur in tribulationibus. Et ad Corint. Libenter gloriabor in ĩfirmitatibus meis, ut in habitet in me uirtus Christi. Rom. 8. 2. cor. 18

Lapidato a Iudæis Stephano, facta est magna persecutio in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, ac omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos. Sed nota, quod multum profuit ad diuulgationem Euangelii. Act. 8.

Act.9. Haberi potest ex Actibus Apostolorum quod Paulus tribulationes seu persecutiões passus est, post conuersionem suam.

Act.9. 2.cor.11 Consilium fecerũt Iudæi, ut interficerent eum nocte, parabantur insidiæ, & dimissus est in sporta per murum.

Act.13. Cum essent in Antiochia Pisidiæ Paulus & Barnabas, dissemina uerunt uerbum dei per uniuersam regionem: Iudæi excitauerunt persecutiones in eos, & eiecti sunt de finibus Israel. At illi excusso puluere pedum in eos, uenerunt Iconium.

Act.14. In ciuitate Lystris etiã propter hominem claudum, quem curauit Paulus, in tanto honore fuerũt, qđ homines illis sacrificare uoluerũt. Superuenerunt autem quidam Iudæi, et persuaserunt turbis, lapidantesq; Paulum, traxerunt extra ciui

tatem, æstimantes eum mortuum esse.

Deinde in Macedonia occasio- Act. 16.
ne puellæ a qua Paulus eiecit spiritum Phytonem, domini illius dolentes de quæstu amisso, apprehenderunt Paulum & Silam socium eius, & dixerũt eos esse turbatores ciuitatis. Magistratus autem iussit eos uirgis cædi, & in carcerem mitti, & pedes eorum ligno stringi.

Postea apud Thessalonicã, cum Act. 17.
multi credidissent, zelantes Iudæi concitauerũt per quosdam malos homines ciuitatem, fratres uero cõfestim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Berrhœam. Vbi etiam cum multi uerbum dei suscepissent, Iudæi hoc cognito, uenerũt illuc, commouẽtes multitudinem & turbantes: statimq; Paulum dimiserunt fratres, & per mare deduxerunt Athenas.

uerbo Paulus, testificās Iudæis esse Christum Iesum. Cōtradicentibus autem illis & blasphemantibus, excutiens uestimēta sua, dixit ad eos, Sanguis uester super caput uestrū.

Act. 18. Gallione autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum & adduxerūt eum ante tribunal, dicentes: Quod hic homo contra legem persuadet hominibus colere deum.

Act. 19. Exeunte Paulo Epheso & fiducialiter loquente uerbum dei, multaq; ibidem miracula faciente, Demetrius quidā argentarius, faciens ædem Dianæ, conuocatis artificibūs, concitauit maximam turbationem aduersus Paulum, quem dicebat auertere turbam a cultu deorum. His auditis repleti sunt ira, & clamauerunt, dicentes: Magna Diana Ephesiorum.

Act. 20. Paulo nauigante de Græcia in

Syriam, factæ sunt ei insidiæ a Iudæis, habuitq; consilium, ut reuer teretur per Macedoniam. Comitati sunt autem eum multi fratres de diuersis locis.

Quidam Iudæi Assyriani, cum Act. 27. uidissent in templo Paulum, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt manus in eum, clamãte: Viri Israelitæ adiuuate. Et apprehendentes Paulum, trahebãt extra templum. Quærentibus autem illis occidere, nunciatum est Tribuno, quod tota confunderetur Hierusalem: qui assumptis militibus, decurrit ad illos. Vidẽtes autem Tribunum & milites, cessauerunt percutere Paulum. Tunc apprehendit Tribunus eum, & iussit alligari catenis duabus.

Vociferantibus Iudæis aduer- Act. 22. sus Paulum et proiicientibus uestimenta sua et puluerem iactantibus

in aerem, iussit eum Tribunus du ci in castra & flagellis cædi, & torqueri, ut scirent propter quam causam sic acclamarent ad eum.

Cum esset Paulus a Tribuno de
Act. 23. tentus, Iudæi plus quã quadraginta dixerunt principi sacerdotum, Deuotione deuouimus, nos nihil gustaturos donec occidamus Paulum. Nunc ergo faciatis, ut adducatur, & nos priusquam appropinquat, parati sumus occidere. Sed Tribunus a nepote Pauli monitus, fecit eum ad Felicẽ præsidem, cum manu forti & cautela deduci.

Existens coram Felice præside
Act. 25. Paulus, fuit a Iudæis tanquam seditiosus & pestifer accusatus, qui cum eum & Iudæos frequenter audisset, & tempus ita transisset, habuit quẽdam Festum nomine suo loco Cæsareæ successorem. Volẽs autem Felix gratiam præstare Iu

dæis, reliquit Paulum uinctum. A quo iudice Festo, Paulus sentiens se grauari, Cæsarem appellauit.

Postea (supple post appellationem) Romã uenit catena uinctus, & tempore hyemali naufragium passus, multas tribulationes & angustias tolerauit. Act. 27. & 28.

Paulus & Barnabas hortabantur, ut permanerẽt in fide, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Act. 14.

De seipso scribẽs Apostolus, ait: Nolumus uos ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, qua supra modum grauati sumus, supra uires nostras, ut tæderet nos etiam uiuere. 2. cor. 1.

Cum uenissemus Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationẽ passi sumus. Foris pugnæ, itus timores. Eodẽ. 7

Commẽdans apostolus Thessa- 1. The. 1

lonicenses,ait: Vos imitatores nostri facti estis,& domini accipientes uerbum in tribulatione multa, cum gaudio spiritus sancti.

Ab aduentu spiritus sancti in discipulos, usq; ad tempus illud, quo sub Domitiano Ioãnes apostolus fuit exilio relegatus, fluxerũt anni circiter quinquaginta nec toto illo tempore legitur tot & tantas consolationes diuinas habuisse, quot habuit modico tempore, quo tribulationem perpessus est sicut apparet Apoc.1.

Apoc. 1. & per totum.

De multitudine malorum.

Cap. CXII.

Gen.9.6 CVm factum fuit diluuiũ, octo homines tantum saluati sunt. Omnis quippe caro corruperat viam suam.

Gen.25. Plures fuerunt filii Israel, quam filii Isaac, & plures filios suscepit Abraham de Agar, quam de Sara.

In

In quinq; ciuitatibus Sodomorum, non erãt inuenti decem iusti, Ergo erat ibi multitudo malorum & paucitas bonorum. Gene.19.

Inter omnes fratres Ioseph non fuerunt nisi duo, Ruben & Iudas, qui laborauerunt ipsum liberare, sed præualuerunt mali. Gen.37.

Moyses exploratores misit ad considerandum terram promissionis, sed duo tantum erant boni, scilicet Caleph & Iosue. Num.13.

Sexcenta milia pugnatorum numerati fuerunt. De quibus duo tãtum Caleph & Iosue intrauerunt terram promissionis. Num.1.

Plures fuerũt cum Absalon, regnum patris usurpare nitente, quã cũ Dauid bene & iuste regnante. 2.Re.15

Maior pars filiorum Israel fuit in regno Samariæ, quia decem tribus, ubi erãt homines multo peiores; minor autem in regno Hierusa- 3.Re.12.

lem, quia duæ tantum tribus.

3.Re.20 Tantus erat nemerus bellatorũ regis Syriæ, qui pugnabant cõtra Israel, quod dicebat ipse rex, Pulverem Samariæ non sufficere pugillis eorum.

Iudit.2. In exercitu Holofernis tantus erat numerus bellatorum, quod cooperuerunt faciem terræ sicut locustæ.

Hier.44 Omnis populus habitãtium in terra Aegypti, & mulieres, quarũ stabat multitudo grandis, sacrificabant dijs alienis.

Non remãserunt cum Iuda Ma-
1.Ma.9. chabeo nisi octingenti uiri, & erãt in exercitu Bacchidis & Alchimi proditoris. 10000. virorum, & duo milia equitum.

Ioan.19. Cum esset i Hierusalem tempore paschali, quo passus est domin⁹, maxima populi multitudo, non est inuentus uir, qui se opponeret

manifeste morti tam nequiter pro curare. Clamauerunt enim omnes, Non hunc dimitte, sed Barrabam.

Quidam Iudæi, quos inuenit Paulus Romæ in primo aduentu suo, dixerunt ei: De secta hac Christianorum notum est nobis, quod ubiq; ei contradicitur. Act. 28.

De bonis latentibus inter malos. Cap. CXIII.

QVanuis scriptum sit: Omnis caro corruperat uiam suam, tamen dixit dominus ad Noe: Te uidi iustum coram me, in generatione hac. Gene. 6. Gene. 7.

Loth iustus habitauit in medio Sodomorum. Gene. 13

Ioseph in Aegypto, castam atq; fidelem uitam duxit. Gen. 39

Apparuit dominns Moysi i terra Madian, cum oues soceri sui Iethro pasceret in deserto. Exod. 3

Samuel iter filios Heli pessimos 1. Re. 2.

sanctus & innocens fuit.

Sub Achab & Iezabel Helias
Re. 19. oēs se solo excepto reputabat idolatras: sed dixit ei per responsum dominus, Relinquam mihi. 7000. uirorum, quorum genua non sunt curuata ante Baal. De quo etiam ad Ro. 11. An nescitis &c̃.

Tobias natus fuit ex tribu Ne-
Tob. 1. ptalim sub regno Samariæ, in quo fere omnes putabantur idololatria & uitijs diuersis infecti. Vnde iste in captiuitate positus, uiam ueritatis non deseruit.

Mardochęus erat uisus, ubi quasi
Est. 3. 5. omnes adorabāt Aman superbissimum, ipse uero Mardochæus genua non illi flectebat.

Hiob. 2. Sanctus Hiob gētilis fuit, & de Esau dicitur descendisse, quem tamen constat fide & moribus mirabiliter claruisse, qui de seipso dicebat, Frater fui draconum, & socius

ſtruthionum.

Hieremias propheta erat cum Hier.43.
populis qui remanſerant in Iudæa
poſt deſtructionem Hieruſalem,q
pro ipſis orabat, & ipſis uolunta-
tem domini monſtrabat. Illi uero
dicebāt, Mendacium tu loqueris,
non te miſit dominus, ſed Baruch
incitat te aduerſus nos, ut tradat
nos in manus Chaldæorum.

Dixit dn̄s Ezechieli, Tu fili ho- Ezec. 2.
minis, ne timeas eos: quoniā incre
duli, & ſubuerſores ſunt tecum, &
cum ſcorpionibus habitas.

Daniel, Ananias, Azarias, Mi- Dan.3.6
ſael habitauerunt cum Chaldæis &.14.
idololatris, qui eos ad idololatriā
inducere, & a cultu ueri dei retrahe
re laborauerunt.

Suſanna fuit caſtiſſima in Baby Dan.13
lone, ubi ſenes presbyteri erant im
pudici, & iudices iniqui.

Videbatur tēpore Antiochi Epi 1.Ma.2.

phanis, quod Iudæi erant ad ritum gentium translati, sed inuenti sunt Mathathias, & filius eius Eleazarus, & multi alij, in lege dei ualde stabiles & firmi.

Mat. 13 Commendans dominus fidem et deuotionem Centurionis de Capernaum, dixit: Quod non inuenerat tantam fidem in Israel.

Ioan. 3 Nicodemus princeps iudęorum uenit ad Iesum nocte et plane confessus est: Rabbi, scimus quia a deo uenisti magister.

Ioan. 20 Postea crucifixo domino, uenit ad sepeliēdum eum, portans. 100. libras unguenti preciosi.

Mar. 15. Ioseph nobilis decurio ab Arimathia, discipulus erat Iesu, occultus autem propter metum Iudæorū, deposito tamē metu, audacter ītrauit ad Pilatum, & deuotam petitionem fecit: petens corpus Iesu ab indeuoto tyranno.

Honorabilis doctor Gamaliel legis, erat Phariſęus, & dedit bonũ & nobile conſilium pro apoſtolis, principibus ſacerdotum. Act. 5

Vir quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, religioſus & timens deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas plebi et deprecans dominum ſemper. Act. 10.

De mobilitate populi.
Cap. CXIIII.

REdiẽs Moyſes de terra Madiã in AEgyptum, narrauit oĩa uerba dñi pro quibus miſerat eũ. Sequitur, Credidit populus, audieruntque quod ſanctificaſſet Dominus filios Iſrael, & proni adorauerũt. Poſtea uero cum eſſent afflicti ab exactoribus Pharaonis: dixerũt Moyſi & Aarõ: Videat dñs et iudicet: qm̃ fœtere feciſtis odorẽ nr̃m corã Pharaone & ſeruis eius, & p̃buiſtis eis gladiũ ut occiderẽt nos. Exo. 4. 5

Cum post multas AEgypti pla
Exod.14 gas, ditati, & armati egrederentur filij Israel de Aegypto: domino prę cedente, & uiam etiam eis per nubem & ignem ostendente, uiderũt AEgyptios post se uenientes, & timuerunt ualde & dixerũt ad Moysen, Forsitan nõ erant sepulchra in AEgypto, ideo tulisti nos ut moriamur in solitudine. Deinde cõfortati sunt per Moysen quum dominus mare rubrum diuisisset, & populus sicco pede transisset. Submer
Exo.13. sus autem est exercitus Pharaonis & timuit populus dominum, & crediderunt domino & Moysi seruo eius, dicentes: Cantemus domino gloriose &c.

Eodem. Satis autem cito post uenientes in Marath, murmurauit populus
Exod.16 propter aquas nimis amaras, quibus p lignum appositum dulcoratis: consequenter murmurauerunt

ꝑ defectu cibi, dixeruntq; ad Moysen & Aaron, Vtinam mortui essemus in Aegypto, q̃do sedebamus super ollas carnium &c. Et misit dominus uespere coturnices, & manna pluit eis de cœlo mane.

Post hoc cum datur' esset eis legem: dixerunt: Cuncta quæ locutus est dominus, faciemus. Exod. 19

Cũ narrasset eis Moyses uerba & præcepta, quæ a domino acceperat, similia uerba dixerunt. Exo. 27.

Cum autẽ moram faceret Moyses in mõte eum domino in descriptione tabernaculi, cõgregatus est populus aduersus Aarõ, & ait, Fac nobis deos, qui nos præcedant. Exo. 32

Deinde cum erectum esset tabernaculum, & factæ oblationes principum, post numerationem bellatorum & Leuitarum, cum essent omnia ordinata, quomodo debeãt proficisci in uia, post modicum or Num. 11

tum est murmur po puli, quasi dolentium præ labore.

Num. 13 & 14. Post modicum audita relatione exploratorum, murmurauit populus & fleuit, dixitq; alter ad alterũ. Constituamus nobis ducem & reuertamur in Aegyptum.

Ibidem. Audiẽtes quod displicuit Domino murmur eorum, uoluerunt ascẽdere montem & contra uoluntatẽ Moysi pugnare: et tunc fuerunt ab hostibus debellati.

Num. 16 Rursus in seditione Chore multi surrexerũt contra Moysen & Aaron, Quibus terribiliter castigatis, murmurauit etiã multitudo filiorum Israel contra Moysen & Aarõ dicens: Vos interfecistis populum domini. Cumq; oriretur seditio & tumultus cresceret &c.

Num. 17 Cum autem per miraculum uirgæ Aaron compescuisset eos dñs, dixerunt; Ecce consumpti sumus,

& omnes perimus, quicunq; acce-
dit ad tabernaculum dñi, moritur.
Vlterius procedentes uenerunt Nũ.20.
ad Aquas contradictionis, ubi tali
ter iurgati ſunt aduerſus Moyſen
et Aaron: quod ipſi etiã diffiſi ſunt
de diuina uirtute, propter quod &
puniti ſunt a domino.
Poſtea fornicatus eſt populus
cum filiabus Moab, quæ uocaue- Num.23
runt eos ad ſacrificia ſua: & initiat⁹
eſt Iſrael Beelphegor. Et præcepit
dominus principes ſuſpendi con-
tra ſolem in patibulis.
Cum liberaſſet Gedeon populũ
filiorum Iſrael de manu Madian, Iudic.8.
& occidiſſet Zebee & Salmana, di
xerũt omnes filij Iſrael ad eum, Do
minare noſtri tu & filius tuus & fi
lij tui. Ipſo tamen mortuo, cum ha
beret ſeptuaginta filios, nullum de
ipſis aſſumere in dominum & pri
cipem curauit.

Samuel propheta liberauit po-
1.Re.8. pulum Israel de manu Philistijm,
& recupauit urbes, quas illi abstu
lerunt Israel, postea cōgregati sunt
& petierunt regem sibi constitui
contrra uoluntatē dñi et Samuelis.
2.Re.15. Quanuis Dauid ita bene populū
rexisset, & tot uictorias habuisset,
tamen satis cito facta est cōiuratio
ualida contra eū. Populus uero cō
currens augebatur cum Absalon.
Notandum uero cum redierat
2.Re.19. Dauid in Hierusalem, & populus
illuc certatim uolebat eum reduce
re cum honore. Sed pro eo, quod
2.Re.20. uiri Iuda locuti sunt cum illis de
decem tribubus, separatus est oīs
Israel a Dauid, secutusq; est Sebā
filium Bochri.
Sub Salomone filij Israel tempo
3 Re.19. ralium rerum abundātiam habue-
runt, & honore maximo floruerūt
Sed tamen a filio suo pro maiori

parte, occasione unius duri uerbi, citius recesserunt.

Audientes filij Israel terribilem potentiam Holofernis, præoccupauerunt omnes uertices montium, & muris circundederunt uicos suos, & congregauerunt frumenta i præparationem pugnę. Postmodũ cum uidissent se artari ab exercitu, congregati sunt ad Oziam omnes simul, & dixerũt, Iudicet dominus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacifice cum Assyrijs. Iudit. 7

Cum complesset Hieremias uerba, quæ præceperat ei dominus, ut loqueretur ad populum, a pprehenderũt eum sacerdotes & omnis populus, dicente: Morte moriatur Et post pauca dixerunt principes & omnis populus ad sacerdotes, Nõ est uiro huic iudicium mortis. Hier. 28

Ier 42.

Accesserunt oẽs a paruo usq; ad 48

maximum ad Hieremiam prophe
tam, & dixerunt, Omne uerbum, i
quo miserit te deus ad nos, facie-
mus, siue bonum siue malum. Cũ-
que post decem dies intimasset eis
Hieremias domini uoluntatem, di
xerunt ei, Mendacium tu loqueris
non misit te dominus, sed Baruch
filius Nerię icitat te aduersum nos.
Et non audit uniuersus populus
uocem domini &c.

Cito credidit duobus presbyte
Dan. 13 ris senibus multitudo, & cōdēna-
uerunt Susannam ad mortem:, &
paulo post: Reuersus est populus
cum festinatione, & consurrexerũt
aduersus duos presbyteros, & fece
runt eis, sicut male egerant aduer-
sus proximam.

Cognouit Simō, quod Tryphō
1. Ma. 13 cum dolo loqueretur, petens duos
filijs Ionathę, & centum ta lēta ar
genti; iussit tamen dari, ne inimici

tiam magnam sumeret ad populũ Israel, dicẽtem, Quia non misit ar gẽtum & pueros, propterea perijt. Lucæ. 4

Cum quadam die esset dominus in ciuitate Nazareth, & dicerent ei Iudęi, satis bono modo, Vt faceret tibi miracula, sicut ĩ Capernaum fecerat, post modicum increpationẽ quam dixit eis, repleti sunt ira, & eiecerunt eum extra ciuitatem, & uoluerunt eum præcipitare de supercilio montis.

Quando satiauerat dominus Ioan. 6. quinque milia hominum de quinque panibus & duobus piscibus, uoluerũt eũ rapere, & facere regẽ. Cito autem post cœperũt incredu li disputare, et q̃rere: Quod signum facis ut credamus tibi?

Videntes illi de populo Iudæorum Lazarum suscitatum, & mul ta alia facta miracula per dominũ Iesum, uenerunt ei obuiam cum Mat. 11. Luc. 19. Ioã. 18.

magno honore. Attamen ī ſero cir cunſpectis omnibus non inuenit, qui eum ad hoſpitium inuitaret. De his narratur apud Mattheū. 21.

Luc. 21. Mat. 23. Ioan. 18 19. Ante quinq; dies paſchæ domi num Ieſum recepit populus cum magno tripudo & honore, & per hebdomadam omnis populus erat ſuſpēſus ad uerba eius, & mane ue niebant ad eum in templo audire eum. Feria uero ſexta, in die Para ſceuæ, clamauerunt omnes, Cru cifige eum.

Acto. 5. Facta uoce ſpiritus uehementis ſuper diſcipulos uenientis, cōuenit multitudo & mēte cōfuſa eſt. Qui dam āt irridebant, dicentes, Quia muſto pleni ſunt iſti. Inſtans autē Petrus, locutus eſt eis multa, diſci pulos excuſans & uerba Iohelis al legans. Quibus auditis, ſunt corde compuncti, petētes quid facere de berēt. Et baptizati ſunt illo die cir

citer.3000.hominum.

Quodam Sabbato pene uniuersa ciuitas conuenit audire uerbum domini, quod Paulus & Barnabas prædicabant. Iudæi autẽ conrra dicebant blasphemantes. Tandẽ Paulus & Barnabas conuersi sunt ad prædicandum gentibus, & audientes gentes gauisæ sunt. Paulo post Iudęi concitauerunt religiosas mulieres & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulũ & Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis. Et illi excusso puluere pedum in eos, uenerunt Iconium. Act.13.

Cum Paulus et Barnabas essent Lystris ciuitate Lycaoniæ, & quidam claudus per Paulũ fuisset curatus, turbæ ipsos esse deos clamabant, & eis sacrificare uolebant. At illi dicẽtes se esse mortales, sedauerunt turbas: ne sibi immolarent. Superuenerunt autem quidam Iudęi, Acto.14

et ꝑsuasis turbis, lapidantesq; Paulum, extraxerunt extra ciuitatem, existimantes eum esse mortuum.

Act. 16 Quidā quæstuarij habentes unā mulierem cum spiritu Pythonico, a qua Paulus eiecit dæmonium: ita concitauerunt principes & magistratus ciuitatis, qđ factus est populi concursus aduersus Paulum et Silam socium eius. Et scissis eorū tunicis, fuerunt uirgis cæsi, & in carcerem missi, ac pedes ligno stricti. Et in sequenti die fuerunt rogati recedere.

Act. 19 Paulo apud Ephesum existente, et multa ibidem miracula faciente Demetrius quidam argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, cōuocatis artificibus, cōcitauit tantam turbationem in ciuitate, q tota impleta est confusione: & impetum feceruntuno animo in theatrum, & tamen plures nesciebant, qua ex

causa connenissent. Tunc fuerunt in magno corporum periculo Paulus & socij eius. Sed Scriba populũ pulchre alloquens & discrete sedauit, & ad propria remisit.

Quadam die tanta fuit in Hierusalem aduersus Paulũ turba, & populi concursio, quod percutiebant eũ, & extrahebant extra templum, & uix potuit eripi a Tribuno cohortis, qui cum militibus superuenit. Postea uero cũ narrasset, quæ ei acciderãt, cuncti de Damasco leuauerunt uocem, dicentes: Tolle de terra eius memoriã, non eñi est fas eũ uiuere, Sequẽti autem die exclamauit Paulus in concilio, Viri fratres ego Pharisæus sum filius Pharisæorũ. Et facta dissensione inter Pharisęos et Saducęos, soluta est multitudo. Et surgẽtes qdã Pharisęi pugnabãt, dicẽtes, Nihil mali inuenimus in hoĩe isto qđ si spritus locut⁹ est Act. 2.

ei aut angelus, ne repugnem' Deo.
Act. 28 Dũ calefaceret se Paulus ad ignẽ post naufragium tempore hyemali, uipera a calore procedens, inuasit manus eius: quod uidentes Barbari: ad inuicem dicebant: Vtique homicida est homo hic qui cũ euaserit de mari, ultio eum uiuere non sinit. Paulus autem bestiam excutiens in ignem, nil mali passus est. Illi uero uidentes, nihil mali in eo fieri, dicebant eum deum esse: sicq; cito mutauerunt opinionem.

De operatione bona. Cap. CXV.

Gene. 2. POsuit deus hominem in Paradiso uoluptatis, ut oparetur & custodiret illum. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Et post emisit eum dominus deus de Paradiso uoluptatis, ut operaretur terrã, de qua natus est. Præcipiens illi Cap. 3. In sudore uultus tui uesceris pãe tuo. Et sic nota quod deus hominẽ

uoluit operari in statu innocentiæ: & post peccatum.

Tẽpore quo solent reges ad bella procedere: Dauid in domo sua remansit, & in illo otio adulterium cum proditione commisit. 1.Re.12

Salomon ædificauit domũ dei, & domũ suam. Sed nota quod prius domum dei. Et licet opus esset maius, tamen in minori tempore compleuit omnia. 3.Re.6.7

Egerunt hi, qui operabantur industrie, & suscitauerunt domum dei ĩ statum pristinum, & firmiter eam stare fecerunt. 2.Pa.24

Hezechias rex Iuda op̃atus est bonum & rectum, & uerum corã dño, uolẽs regrere dñm ĩ toto corde suo. Fecit, & prosperatus est. 2.Pa:31

Anno secundo reditus filiorum Iuda de Babylone, cœperunt fundare templum. Iosue uero filius Iosedech & fratres eius instabant su- 1.Esd.5

per eos, qui faciebant opus.

1. Esd. 6 Pręcepit rex Dari', ut ędificaret dom' dñi i Hierusalē, & daret sum ptus de arca regis, ne ipediret op'.

Esdrę & Neemię per totū Nota quod opera quæ fecerunt filij trēsmigrationis in fundatione templi, & in ædificatione muri ciuitatis, multos habuerunt impeditores, ut patet. 2. Esd.

Ionæ. 3. Vidit deus opera Niniuitarum, & misertus est eorum.

Mat. 20 Ociosi arguuntur operarij, si ad mercedem uocantur.

Mat. 25 Seruus qui accepit quinq; talēta & operatus est i eis, & lucratus est alia quinq; commendatus est a domino. Similiter & qui duo acceperat, & lucratus est alia duo. Alius autem, qui unum accepit, & non multiplicauit, & inutiliter reseruauit reprobatus fuit.

Luc. 24. Illi duo discipuli, qui secum manere dominum coegerunt, quādiu

fuerunt cum eo in uerbis non cognouerunt eum, sed in opere hospitalitatis & fractione panis.

Opus Mariæ Magdalenæ, quando unxit dominum recumbentem frementibus discipulis, ab ipso domino approbatum est. Mar.14.

Laudabilia opera patrum a filiis imitanda esse ostendit, dicēs: Si filij Abrahę estis, opera Abrahę facite. Ioan.8

Opera bona cōparat Apostolus semini, de quo satis modicū iacit, & multum metit. Et alibi, Qui parce seminat, parce & metet. 2.Cor.9

Grauiter rep̄hēdit Paulus Thessalonicenses ociosos, licet ipsos alias commendaret. Qui non uult operari, non manducet. 2.The.3

Tabitha erat Christi discipula, plena operibus bonis & eleemosynis, quas faciebat. Ideo ip̄a mortua multi fuerunt moti ad rogādū Petrum pro ea, quod suscitauit eam. Act.9.

Act.10. In oĩ gẽte, qui timet dñm & operatur iustitiam, acceptus est illi.

Act.18. Apud Corinthios manebat Paulus cum Aquila & Priscilla, quia eiusdem artis erat & operabatur,

De recta intentione habita in opere. Cap. CXVI.

OCcidit Cain Abel fratrẽ suũ, Moyses Aegyptium: Dauid Goliad: Ioab Abner & Amasiã Salomõ Adoniã Ioab: et Semel: Herodes Antipas Ioãnẽ Baptistã: Agrippa Iacobũ: Petrus autẽ solo uerbo Ananiã & Saphirã. Sed cõsidera uarias intentiones & causas.

Abraham risit in promisione filij nascituri. Sara quoq; risit: sed risus Abrahæ fuit commendatus, Saræ uero reprehensus.

Gene.17 18.

Dixit Pharao, Peccaui &c. Exo. 9. Dixit Saul, Peccaui &c. 2. Reg. 12. Hoc ipsum dixit Manasses. 2. Par. ult. Dixit Iudas etiã se peccas-

se. Matt. 27. Sed affectiones & intentiones cordium ualde diuersæ fuerunt.

Similia fere uerba dixit Moyses in Raphidi, quando petijt populus aquam ad bibendum. Exod. 17. Et ad Aquas contradictionis. Nu. 20. Sed prima uice non hæsitauit i corde. Secunda uero: sicut patet ex pœna, quæ sequuta fuit.

Filij Rubem & Gad & dimidia tribus Manasse ædificauerunt alta re: sed longe alia intentione, quam crederent alij filij Israel. Iosu. 22.

Commendauit dominus multũ bonam uoluntatem Dauid, quam habuit de ędificatione templi, licet noluerit ꝙ templum ædificaretur per eum. 2. Reg. 7

Misit Dauid pro Vria, qui erat in exercitu, nõ ut ille quiesceret, sed ut ipse peccatũ quod cum eius uxore commiserat, occultaret. 2. Re. 12

Ornauit se Iudith ualde curiose,
Iudi. 18 sed omnis illa compositio non ex libidine sed ex uirtute pendebat. Scilicet ad liberandum populum dei de manibus pessimi inimici.

Esthe. 4. Quod Mardocheus Aman nolebat adorare uel coram eo genu flectere, non faciebat pro in obedientia, uel contemptu, sed quia diuinū honorem nolebat homini mortali deferre, sicut ipse testatur.

Mat. 2. Dixit Herodes Magis, ut quum puerum inuenissent, renuuciarent ei, ut & ipse adoraret eum: sed ualde aliud intendebat, & aliud prætendebat.

Prohibuit dñs cecis illuminatis
Mat. 9 duobus ab eo, ne quis hoc sciret, & tamen sequitur, Illi diffamauerunt eum in tota terra illa, nec tamen illi arguuntur transgressionis.

Math. 5 Signanter addit dñs finem & in
19. tētionem; quam quisq; debet habe

re, bona faciendo uel mala patiẽdo Beati eritis quum maledixerit uobis homines &c. propter me, uel ꝑpter nomen meum. Item: Quicunque potum dederit aquæ &c. Qui dereliquerit domum &c. Mat. 19.

Eleemosynam dare & ieiunare præcepit dominus non propter homines fieri, ne contingat tam bona opera, praua intentione corrumpi. Ma. 5. 7.

Quidam sequebãtur dominum: ut eum nequiter obseruarent: Aliq ut de panibus eius manducarent: Alij, ut ipse, uel eorum amici a languoribus sanareutur: Alij uero, ut æternaliter saluarentur. Luc. 14.

Herodes multo tempore cupiebat uidere Iesum, sed non causa pietatis, sed quia sperabat signum aliquod ab eo fieri, & ideo nil profuit ei uidere Iesum. Ioan. 6.

De acidia uel negligentia.
Cap. CXVII.

Gen.42. AVdiens Iacob quod alimenta uenderentur in Aegypto, dixit filijs suis: Quare negligitis? Descendite & emite nobis necessaria.

Num.11 Panem angelorum habebant filij Israel in deserto, & tamen excæcati, desiderabant cibos Aegypti.

Eodem. Acidia uel tædium homini est causa impatientiæ & carnalis desiderij, & causa multiplicis mendacij sicut patet Numeri. Recordamur piscium &c. aiebat populus.

Num.21 Profecti sunt filij Israel de mõte Hor, et tædere cœpit populum itineris & laboris, loquutusq; cõtra dominum & Moysen, ait: Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrem misit domin⁹ in populum ignitos serpentes.

1.Re.26 Negligenter custodiebat Abner dominum suum Saul. Nam quando Dauid uenit ad castra eius, ne-

mem reperit uigilantem.

Dormiens fuit pcussus Isboseth filius Saul, & occisus. 2.Reg.4

Tempore quo solent reges ad bella procedere remansit Dauid in domo, ubi graue adulterium & grauissimum homicidium hac occasione commisit. 2.Re.11.

Placuit Ioas regi Iuda, ut instauraret domum domini, & præcepit Leuitis, ut circa hoc essent soliciti. Porro Leuitiæ egerunt negligentius, qua de causa & rex arguit Ioiada sacerdotem. 2.Pa.24

Quum dormirent homines, uenit inimicus, & superseminauit zizania in medio tritici. Mat.13

Arguuntur otiosi, & remunerantur operarij. Matth.20.

Facta tempestate in mari, Ionas descēdit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui, & accessit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid Iong.1

tu ſopore deprimeris?ſurge iuoca deum tuum.

Mat.25. Dure reprehendit:dominus ſeruum malum & pigrum,qui multiplicare neglexit commiſſum ſibi talenttum.

Ibidem. Virgines dormitantes, quarum lampades non fuerunt prius ornatæ, fuerunt poſtea a nuptijs excluſæ.

Mat.26 Mar.14. Valde uidetur fuiſſe acedioſi diſcipuli hora illa poſtquam rogati a domino uigilare, continuo dormiebantt.

De pueris bonæ indolis. Cap. CXVIII.

Gen.22 NOn legitur Iſaac murmuraſſe uel fugiſſe, quando eius pater ex præcepto domini,ipſum uoluit immolare.

Gen.37. Ioſeph accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo,qd' erat in eo ſignum deteſtationis pec

cati, & pater dicenti, Veni mittam te ad fratres tuos obedienter respō dit, Præsto sum &c.

Samuel adhuc puer, erat mini- ster in conpsectu domini, ubi erat arca dei. 1.Re.2.3

Quando debuit in regem inun- gi Dauid, erat in agro paruulus & pascebat oues tanquam patri obe diens humiliter & abiecte. 1.Re.16

Ioas filius Iorā regis Iuda, puer septem annorum, cum regnare cœ pisset, fecit quod bonum erat co- ram domino, cunctis diebus Ioia- dæ sacerdotis. 2.Pa.24

Octo annorum erat Iosias, cum regnare cœpisset, fecitq; quod pla citum erat coram domino, et tamē pessimos patrē & auum habuerat. 4.Re.22

Tobias cum esset minor omni bus in tribu Neptalim, nil tamen puerile gessit ī opere. Et idem quū postea filium genuisset, ipsum ab Tob.1

infantia timere deum docuit, & ab
stinere ab omni peccato.

Dan.1. Sine propheta, sine sacerdote, si-
ne magistro, Daniel & tres socij
eius legem dei obseruantes, sobrie
& iuste, & pie uixerunt inter pue-
ros gentiles.

2.Ma.7. Fratres illi septem adolescentes
miram sapientiam in responsioni
bus, & patientiam in tribulationi
bus habuerunt.

Lucæ.1. Beatus Ioãnes baptista puer cre
scebat & confortabatur spiritu, &
erat in deserto usq; in diem osten-
sionis suæ ad Israel.

Ibidem. Saluator noster puer duodenus
existens in carne, inuentus est in tẽ
plo & in medio doctorum, audiẽs
illos & interrogans. Deinde de-
scendit cum Maria & Ioseph, &
erat subditus illis.

De Societate bonorum
Cap. CXIX.

Considera

COnsiderandū est ualde, quod si inuenti fuissent decem uiri iusti in quinq; peccatricibus ciuitatibus, propter illos pepercisset dominus uniuersis. Gene. 8.

Dixit Iacob ad Laban, Modicū habuisti antequam uenirem ad te, & nunc diues effectus es, benedixitq; tibi dominus ad introitum meum. Gen. 30

Benedixit dominus domui Aegypti propter Ioseph, & multiplicauit. Gen. 39

Bene fuit associatus Iacob, qui dixit: Faciamus altare domino, quoniam exaudiuit me in die tribulationis meæ, & fuit socius itineris mei. Gen. 35

Seruiuit Israel domino cunctis diebus Iosue & seniorum, qui nouerant omnia opera domini, quæ fecerat in Israel. Iosu. 24

Filij Danielis ceperunt Lais & Iudi. 18

occiderunt homines, qui cum nul lo hominum habebant quicquam societatis.

1.Re.19 Ex parte Saulis missi sunt licto res ad capiendum Dauid, morantem cum Samuele & alijs prophetis, qui prophetare cœperunt, & uenit Saul & prophetauit ipse cum eis.

4.Re.3. Propter honorem Iosaphat re s Iuda deū colentis. Eliseus propheta impetrauit aquas dari exercitui, ī quo erāt duo alij mali reges.

Tob.2. Homines deum timentes, uolebat habere secum Tobias in conuiuio, & hoc ipsum docuit filium suum. Nolite manducare cum pec catoribus. Idem diligenter uoluit scire cum quo iturus esset filius. Cap.5.9.

Tob.3. Dicebat uxor Tobiæ iunioris, Nunquam cum ludentibus miscui me, nec cum his qui in leuitate am

bulant participem me præbui.
Audito crudeli mandato regis Dan. 2.
Nabuchodonoſor, quod debebant
interfici cuncti ſapientes Babylo
nis, clamauerunt ad ſocios ſuos, ut
quærerent ſimul miſericordiam a
domino: & reuelata eſt nocte ui-
ſio Danieli. Vnde occaſione Da-
nielis ſerui ſui pepercit rex magis
& ſapientibus Babylonis.
Poſt obitum Iudæ Machabæi,
emerſerunt iniqui, & facta eſt fa- 1. Ma. 9
mes ualida, & ipſos cōſtituit Bac-
chides dominos regionis. Et facta
eſt tribulatio magna in Iſrael, quæ
omnia mala forſitan non fuiſſent,
niſi adhuc Iudam ſocium ac domi
num habuiſſent.
Quum primus illorum ſeptem 2. Ma. 7
fratrum in ſartagine torreretur, cæ
teri cum matre ad moriendum for
titer ſe inuicem hortabantur.
Veniebat Iudas Machabeus ad 2 Ma. 12

capiendam Schytopolim ciuitatem, sed propter Iudæos qui intus habitabant, erga quos Schytopolitæ benigni erant, nil eis mali fecit. Imo gratias agẽs hortatus est eos de cætero, erga genus suum benignos esse.

Mat. 26 Mar. 14. Luc. 22. Quãdiu Petrus fuit cum apostolis fixus & securus stetit, sed quando fuit in atrio summi sacerdotis, cum ministris illius calefaciens se ad ignem, dominũ negare incepit.

Ioan. 18 Ioan. 9. Statim quando cæcus natus a domino illuminaretur, fuit extra synagogam a Pharisæis eiectus, a benigno autem domino Iesu inter suos fideles receptus est.

Act. 2. Quum essent omnes discipuli pariter perseuerantes unanimiter in oratione, uenit spiritus sanctus in eos, & ipsos inæstimabiliter roborauit & docuit.

Eodem. De fidelibus qui erant in eccle-

ſia primitiua, dicitur, Omnes qui credebant, erant pariter et habebãt omnia cõmunia. Sequitur. Sumebant cibũ cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudantes dominum, & habentes gratiam ad omnem plebem.

Poſt conuerſionem ſuam Saulus ueniens Hieroſolymam, tentabat ſe iungere diſcipulis, & omnes timebant & fugiebant eum, non credẽtes quod eſſet diſcipulus: Barnabas uero apprehenſum illum duxit ad apoſtolos &c. Act. 9.

Homines, qui erant cum Paulo in naui grauiſſimæ tẽpeſtatis tempore, occaſione ipſius Pauli, quem habebant ſecum in ſocium, fuerũt omnes ſaluati. Nam dixit ei angelus domini, Ecce donauit tibi deus omnes, qui nauigant tecum. Act. 23.

De ſocietate malorum.
Cap. CXX.

Gene,11 15. SAlubriter exiuit Abram de Chaldæa, ubi erant homines corrupti idololatria, unde postea hoc pro beneficio dominus cōmemorat, dicens, Ego dominus, qui eduxi uos de Hor Chaldæorum.

Gen. 22 Non solum corpore sed etiā cogitatione & affectione est patria relinquēda. Vnde dixit Dominus ad Abram, cum iam corpore exiret: Egredere de terra tua &c. Nota item promissiones ibi factas.

Gen. 13. 15. 17. 18 Quandiu fuit Abraham cū peruersis hominibus in Hur Chaldęorum, non legitur ei Dominus apparuisse, licet bonus fuisse credatur. Sed postquam inde exiuerat, legitur multoties diuinis apparitionibus fuisse uisitatus.

Gen. 13 19. Iniurias & iacturas passus est Loth a pessimis Sodomitis cū quibus habitabat, uel ipsorū occasiōe.

Eodem. Quam graue sit malorum con-

ſuetam ſocietatem dimittere, patet per Loth, qui de medio Sodomorum uix per angelũ extrahi potuit.

Ludus Iſmaelis cũ Iſaac, diſpli- Gen. 21
cuit Saræ.

Fugientem Iacob malum fra- Gen. 28
trem, dñs multipliciter cõfortauit.

Noluit Iacob ambulare cũ ma- Gen. 33
lo fratre, licet placaſſet eum muneribus, & ille ſatis inſtaret, & ſigna dilectionis oſtenderet.

Dixit Moyſes ad turbam filio- Nu. 16.
rum Iſrael. Recedite a tabernaculis hominum impiorũ, & nolite tangere, quæ ad eos pertinẽt, ne inuoluamini in peccatis eorum.

Dixit dominus Moyſi, Pręcipe
filijs Iſrael, ut intrantes terrã Cha- Nu. 33.
naan, diſperdant cunctos habitatores regionis illius. Si autem nolueritis interficere, q̃ remanſerint erũt uobis quaſi claui in oculis & lanceæ in lateribus &c.

Iosue.7. Occasione Achan, qui tulit de anathemate Hiericho, fuit populus in prælio superatus.

Iud. 91. 20. Propter quosdam filios Belial, qui in uxorem Leuitæ detestabile flagitium perpetrarunt, omnes filij Beniamin, paucis exceptis, trucidati fuerunt.

Iud. 1. 2. Noluerunt delere filij Israel habitatores terræ, sicut præceperat eis dominus, sed percusserunt fœdus cum eis, & male accidit eis.

2. Re. 13 Amicitia, quam habuit Amnon filius Dauid cum Ionadab, dedit ei uiam ad hoc quod Thamar sororem suam opprimeret.

2. Re. 15 Rebellionem disponente Absalon contra patrem suum, inierunt multi cum eo simplici corde, licet contra Dauid nihil mali machinati fuissent, si cum bonis pacificis in Hierusalem remansissent.

2. Re. 21 Propter quosdam superstites de

domo Saul, facta est fames in terra, donec ad petitionem Gabaonitarum crucifixi fuerunt.

Rex Iudæ Iosaphat, fuit fere occisus uadens cum Achab ad prælium, & reprehensus fuit per prophetam domini dicentem, Impio præbes auxilium, & ijs qui oderūt dominum amicitia iungeris, & ic circo iram domini merebaris &c. 3. Re. 22 2. Pa. 19

Ochozias rex Iuda ambulauit in uijs Achab, & fecit malum coram domino. Sequitur causa. Gener enim erat regis Achab. 3. Re. 10

Eliseus propheta dixit Iosaphat regi Israel, Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit dominus opera tua, cōtritæ que sunt naues. 2. Pa. 20.

Venit homo die ad Amasiā regem Iuda, & ait, O rex, ne egrediatur exercitus Israel tecū. Non enim est dominus cum Israel: quod si putas in robore exercitus bella con- :. Pa. 25

ſiſtere, ſuperari te faciet deus ab ho ſtibus.

1.Eſd.3. Aedificantibus filijs Iuda templum poſt reditum de Babylone, hoſtes eorum uoluerunt ædificare cum illis. Illi uero bono uſi conſilio renuerunt.

Tob. 1. Cum irent omnes ad uitulos aureos, quos Hieroboam fecerat, Tobias ſolus fugiebat conſortia omnium, & pergebat in Hieruſalem.

Iob.30. Beat⁹ Hiob dixit, Frater fui draconum, & ſocius Struthionū. Cum

Eſa. 6. dixiſſet Eſaias, Vir pollutus labijs ego ſum, cauſam inſinuans ſubdidit, In medio populi polluta labia habentis ego habito.

Ezec. 2. Dictum fuit Ezechieli, Incredu li & ſubuerſores ſunt tecū, & cum ſcorpionibus habitas.

Mali nocent ſibi inuicē. Nam duo ſenes ex hoc acceperunt audaciam

accusandi Susannã, quia in eadem malitia conuenerunt.

Quandiu Iudas Machabęus cõfidens de diuino auxilio, gessit bella ꝓ populo suo, bene ei successit: cum uero constituit amicitiam & societatem cum gentilibus Romanis, licet tunc potentissimis, cito post supatus fuit, et i bello cecidit. 1 Mac. 8

Simile accidit Ionathę fratri Iudæ. 1. Machabæorum. 12.

Petrus existens cum discipulis nocte in cœna dñi, multum erat audax & securus. Cum autem uenit ad atriũ summi sacerdotis, dominum ad uocem unius ancillæ negauit. Mat. 26 ut supra

Cæcus secus uiam sedens mendicans, clamabat ad dominum Iesum, & qui præibant increpabant eum, ut taceret. Luc. 18.

Non fuit iter fideles Christi numeratus cæcus ille natus, quẽ do- Ioan. 9.

minus uidere fecit, donec fuit de Synagoga a Pharisæis eiectus.

Nu. 22. Plures mali interdum in unã malam societatem conueniunt, ut bonis inferant nocumentum. Ita conuenerunt Balaac & Balaam ad maledicendum filijs Israel.

Iosue. 10 Adonizedech rex Hierusalem & alij quatuor reges, eo quod illi fecerant pacem cum Iosue, conuenerunt aduersus Gabaonitas.

Iosue. 11 Item Iabin rex Asor, & alij reges triginta contra Iosue & filios Israel.

Eodem. Item quinqꝫ Satrapæ Philistinorum, Chananææ, Sidonij & Euæi &c.

Iud. 7. Item Madiã & Amalech, & cæteri orientalium nationum.

Esa. 6. Sic autem intelligitur illud Esaiæ: Requieuit Syria sup Ephraim, id est, Decem tribus & rex Syriæ concordauerant in unũ, ad regem

Iuda funditus extirpandum.

Rursus in passione domini He Luc.23
rodes & Pilatus facti sunt amici.

Philippenses commendat Apo Phil.2.
stolus, dicens: In medio nationis
prauæ & peruersæ inter quos luce
tis, sicut luminaria in mundo.

Petrus apostolus dixit quibus- Act.2.
dam Iudæis audientibus uerbum
dei. Saluamini a generatione ista
praua.

Proconsul Paulus desiderabat Act.13
audire uerbum dei, sed erat cũ eo
Elymas magus pseudopropheta
Iudæus, q̃ resistebat Paulo & Bar
nabæ, quærens peruertere procon
sulem a fide.

Ciuitate Lystris homines tãtæ Act.14.
simplicitatis erant, quod ipsi Pau-
lum & Barnabam deos, ad terram
descendisse putabant. Cum autem
uix sedasset eos Paulus, & cœpisset
eis uiam ostẽdere ueritatis, super-

uenerunt quidã iudæi, qui ita persuaserunt turbis quod Paulus fuit ibi lapidatus, & quasi pro mortuo derelictus.

Act. 19 Cum uerbum domini fortiter in Epheso cresceret, & dominus p Paulum ibidem miracula faceret, quidam Demetrius faciens ædes argenteas Dianæ, conuocatis opificibus illius artis, seditionem contra Paulum concitauit.

De prosperitate bona.

Cap. CXXI.

Gen. 13. ABundantia rerum temporalium sæpe fit multorũ occasio peccatorum: sicut in illa regione, quæ irrigabatur sicut Paradisus, in qua habitabant Sodomitæ pessimi.

Iudi. 8 Gedeon cum paruus homo esset, & in area frumentum excuteret, bonus fuit, & eum Angelus domini uisitauit: post obtentam ui-

ctoriam male se habuit.

Saul antequam rex esset bonus fuit, & postquam regni guberna-cula suscepit intumuit, & manda-tum domini preteriuit. 1. Re. 13

Post multa bella & uictorias de inimicis obtentas, Dauid rema-nens quietus in Hierusalem, com-misit adulterium, & exinde secu-tum est homicidium. 2. Re. 11.

Occasione multitudinis subdi-torum Dauid in superbiam elatus est, & fecit populũ numerari Sed nota quam grauiter fuerit puni-tus. 2. Re. 24

Non erat argentum alicuius pre-tij in diebus Salomonis, quia tan-ta erat in Hierusalem argenti abun-dantia, quãta est lapidum. Sed no-ta quam mirabile, & quam terri-bile fuit, quod plus nocuit ei re-rum copia, quam profuit tanta sa-pientia. 3. Re. 10 3. Re. 11.

3.Re.12 Antequam Hieroboam haberet dominium super decem tribus, nō legitur fuisse malus, sed magis ado lescēs bonæ indolis & industrius. Statim uero, ut regnū adeptus est, fecit uitulos aureos, & auertit populum a deo ne auerteretur ab eo.

4.Re.14 Amasias rex Iuda debellauit Edom, & inde eleuatū est cor eius, & uoluit contra Ioas regem israel preliari, sed male successit ei.

2.Pa.12. Cum roboratum fuisset regnū Roboam & confortatum, dereliquit legem domini, & omnis israel cum eo.

2.Pa.26 Cum roboratus esset Ozias rex Iuda, eleuatum est cor eius in interitum suū. Ingressusq; in templum adolere uoluit incensum.

2.Pa.32 Manasses rex in Hierusalē fuit pessimus, postea in Babylone uinctus et coangustatus, orauit dominum & egit pœnitentiam ualde

coram domino.

Comederunt, & saturati sunt & impinguati, & abundauerunt deli tijs in bonitate magna: Prouocaue rant autem te ad iracundiam. Neh. 9.

Quandoque mundana prospe- ritas multum multiplicat carna les amicos, & congregat quos aduersitas sæpe fugat. Vnde To- bia a cæcitate sanato & ditato, ue nerunt consobrini eius ad eum, gaudentes & congratulantes ei: quod non leguntur fecisse quando prius erat cæcus, & uxor eius ibat ad textrinum opus. To.7.2.

Post uictoriam obtentam de Ar phaxat rege Mœdorum, exalta- tum est regnum Nabuchodono- sor regis Assyriorum, & cor eius eleuatum est. Iudit. 1.

Quanuis Aman esset secundus a rege potētissimo Ahasuero, et habe ret multas diuitias, et filios, & ami Esth. 5

eos, ita tamen torquebatur, ex eo quod Mardochæus ei genua non flectebat, quasi nihil haberet.

Iob. 42. Nota breuitatem illius prosperitatis, quandiu durauit plaga domini super Iob licet uenerint ad eũ aliqui amici, fuerunt tamen ei consolatores onerosi, nec leguntur ei dedisse aliqd. Postquã aũt addidit dominus omnia quæcunq; fuerãt Iob duplicia, uenerunt ad eum omnes fratres sui, & cuncti qui nouerant, & consolati sunt: & dederunt ei unusquisq; ouem unam, & inaurem auream unam.

Dan. 2. Statuam quam uidit Nabuchodonosor quæ percussa a lapide abscisso de monte, redacta est in fauillam, satis indicat prosperitatẽ mundanam nihil esse.

1. Ma. 9 Filij Zambri faciebant nuptias magnas & uenerunt Iudæi Ionatha duce, et occiderũt multos. Con

uersæ sunt nuptiæ in luctū, & uox ipsorum musicorum in lamentū.

Ptolemæus rex Aegypti Alexādro rege Syriæ debellato, & in Arabiam fugato, exaltatus est, & abstulit Zabdiel Arabs caput Alexādri, & sic misit Ptolemæo, & rex Ptolemæus mortuus est die tertia.

Adolescens qui quæsiuit a Christo, quomodo posset habere uitam æternā, multas habebat possessiones. Et iccirco abijt tristis, quando dominus dedit ei consilium perfectionis.

Petrus post animositatem negauit dominum in atrio principis sacerdotum. Mat. 26.

Magnum festum fecerant Iudæi domino Hierusalem uenienti, & circumspectis omnibus, cum iam uespera esset hora, exijt in Bethaniam, cum non inueniret, qui eum hospitio reciperet. Mat. 21. Mar. 11.

Luc. 12. Ad contemnendam temporaliũ rerum abundantiam multum facit exemplum, quod ponit dominus in illo diuite, cuius ager uberes fructus attulit. Cum autem solicitus cogitaret destruere horrea sua et facere maiora, ait illi deus, Stulte: hac nocte repetent diaboli animam tuam a te, & quæ aggregasti &c.

Emptores uillæ & boum, & il
Luc. 14. le qui uxorem suã duxerat, uocati ad cœnam domini, se excusauerunt tanquã alijs occupati. Pauperes autem & debiles fuerunt introducti.

Videns dominus ciuitatem Hie
Luc. 19. rusalem pace temporali fruentem & superuenturas miserias ignorantem, fleuit super illam dicens: Quia si cognouisses, & tu, scilicet, fleres.

Cũ populus Herodi magno re-
Act. 12. gi uestito ueste regali, & sedenti ꝓ tribunali acclamaret, Voces dei & non hominis: confestim percussit

eum angelus domini, & consumptus a uermibus, expirauit.

De curiositate mundana.
Cap. CXXII.

PRimariæ transgressionis occasio, ortum habuisse uidetur ex eo, quod Eua serpentem curiose audiuit, & lignum uetitum curiose respexit. Gen. 3.

Egressa est Dyna filia Lyæ, ut uideret mulieres regionis illius: Sequitur, quod uisa, rapta & oppressa fuit. Gen. 34.

Præcepit dominus Moysi, ut diceret populo, Cauete ne ascendatis in mōtem nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit montem morietur. Et post pauca, Contestare populum, ne forte uelit transcendere terminos ad uidendum dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Exo. 19.

Dixit dn̄s ad Moysen, Vt Aarō Num. 4.

& filij eius tantum intrarent sancta sanctorum. Alij uero nulla curiositate uiderent, quæ erant in sanctuario priusquam essent omnia inuoluta alioquin morerentur.

2. Pa. 26 Ozias rex Iuda ingressus templum domini, accepit thuribulũ, & uoluit adolere incensum super altare thymiamatis, quod non ad suum, sed ad sacerdotum pertinebat officium, statimq; orta est lepra in fronte eius.

Luc. 11. Cum uiderent Iudæi miracula a domino Iesu fieri manifesta & utilia, uidere nolebant, sed de cœlo signa quærebant.

Luc. 23. Herodes Tetrarcha uiso Iesu gauisus est ualde, non tamen pietatis, sed curiositatis causa, qa sperabat signum aliquod ab eo uidere fieri, et ꝑpter hoc uisio illa domini Iesu nihil profuit ei, sed magis obfuit.

Act. 1. Curiositatem discipulorum, sci-

re uolentiũ tempus ſecundi aduen
tus, cõpeſcuit dñs, dicens: Non eſt
ueſtrum noſſe tpa uel momenta, q̃
pater poſuit in ſua poteſtate. Act. 8.

Curioſitas uidetur fuiſſe, quare
Simon magus uoluit baptizari,
quia (uidelicet) uidebat ſigna, quæ
Philippus faciebat.

Athenienſes omnes & aduenæ
& hoſpites ad nihil aliud uocabãt Act. 17.
Paulum, niſi ut aut dicere, aut uide
re, uel audire aliquid noui uellent.

Predicante Paulo in Epheſo ciui Act. 19.
tate, multi qui fuerant curioſa ſecta
ti, contulerunt libros, & combuſſe
runt coram omnibus.

Reprehendit apoſtolus quoſdã 2. Teſ. 3
Theſſalonicenſes, inquiete ambu-
lante, & nihil operantes.

Adoleſcentiores uiduas monet
Apoſtolus eſſe deuitandas. Frequẽ 1. Ti. 5.
ter uero uagas, otioſas & curioſas
arguit, & uitare monet quæ diſcũt

domos circumire, & uagabunde discurrere, & se ostentare ac uendere, & loquuntur quæ illicita sunt. Et cum luxuriatæ fuerint, nubere uolunt.

De fide magna mulierum. Cap. CXXIII.

Heb.11. Iosue. 2. COmmendat Apostolus fidem Raab quę non perijt cum ijs, q̃ non obedierant, cum excepisset hospitio exploratores pacifice.

Rut.1.2. Ruth adhæsit socrui suæ, Noemi dicens: Populus tuus & deus tuus deus meus. Vnde Booz postea dixit ei, Reddat tibi dominus plenā mercedam ad quam uenisti, & sub cuius confugisti alas.

3.Re.17 Mulier uidua Sarepthana credidit uerbis Heliæ prophetæ, licet rem satis difficilem illi faciendam iuberet.

2.Ma.7. Mūdi creationem & corporum resurrectionem, optime confite-

batur mirabilis illa mater, quæ se ptem fratres filios torqueri uno die uidit, & ipsos ad moriendum pro dei legibus fortiter animauit.

Circa mysterium dominicæ incarnationis, fuerunt mulieres ad credendum promptiores quam ui ri. Nam Zacharias pater Ioãnis Baptistę, incredulitatis fuit ab angelo redargutus. Pro eo, quod nõ credidisti uerbis meis &c. Elizabeth autem non reprehensibilis, sed commendabilis legitur extitisse, quæ statim in aduentu Beatæ Virginis exclamauit, Benedicta tu &c. Luc. 1.

Similiter commendatur Beata virgo: quę credidit angelo dicẽti sibi: Quod conciperet de spũsancto. Eodem.

Item Anna uidua prophetissa loquebatur de puero nato omnibus, qui expectabant redẽptionẽ Israel. Luc. 2

Mariæ Magdalenæ dixit domi-

nus, Fides tua te saluam fecit, uade
in pace.

Matt. 9. Tantam fidem habebat ad do-
Luc. 8. minum mulier hæmorrhoissa, &
suff ciebat ei, ut tantummodo tan-
geret fimbriam uestimenti eius.
Ideo meruit audire uerbum dulce:
Cōfide filia, fides tua te saluā fecit.

Mat. 15. Nec longa expectatione nec du-
ra responsione destitit clamare ad
dominum mulier Chananæa. Ic-
circo tādem audiuit, O mulier ma
gna est fides tua, fiat tibi sicut uis.

Ioan. 4 Mulier Samaritana plane con-
fessa est, dicens: Quia Messias ue-
nit qui dicitur Christus. Et postea
multi Samaritanorum crediderūt
in dominum propter uerbum mu
lieris illius.

Ioan. 11. Confessio fidei Marthæ, quæ di
Mat. 16. xit, Ego credidi, q̄a tu es Christus
filius dei uiui, q̄ in hunc mundū ue
nisti, satis sil'is fuit cōfessiōi Petri.

De resurrectione domini legi- Mar. 16
mus multos uiros dubitasse, & do Mat. 28
minum Iesum illorum increduli-
tatem, & cordis duritiam expro-
brasse: de mulieribus autem, nihil
tale legitur. Sed surgens dominus
prio apparuit mulieri, scilicet Ma-
gdalenæ, & illa currens discipulis
lugentibus nunciauit.

Quædam mulier nomine Ly- Act. 16.
dia purpuraria audiuit prædicatio
nem Pauli, cuius dñs aperuit cor,
& baptizata est, et domus eius.

De Sapientia mulierum.
Cap. CXXIIII.

SAra prudẽter intellexit ludum Gen. 27
in Isaac & Ismaele non esse bo
num, & uoluit dominus ut Abra-
ham acquiesceret illius uoluntati.

Rebecca fuit ualde argumento-
sa ad procurãdum, quod Iacob be
nedictionem a patre, quæ debeba-
tur priogenito, obtineret; & postea

fecit eum caute irā Esau declinare.

Iosue. 2. Rachab meretrix discrete exploratores abscondit, & per hoc se & totam domum suam integraliter liberauit.

Iudic. 4. Debora uxor Lapidoth, qui & Barach, iudicauit populum, & docuit Barach filium Abinoam: quid facturus esset, ut populū dei de manu Sisaræ liberaret.

Ruth. 2. Solicita fuit Noemi & astuta ad modum inueniendum, quo Ruth alienigena nurus sua nubere posset Booz inclyto & potenti.

1. Re. 1. Mater Samuelis Anna discrete se excusauit ab eo, quod Heli sacerdos ei imposuit quando filium a domino postulauit.

1. Re. 25 Per sapientiam, & eloquentiam suam & liberalitatem satis modicam, Abigail uiro suo Nabal uitam seruauit, & Dauid ab homicidio impediuit.

Sapiens mulier Thecuitis indu- 2.Re.14.
xit Dauid ad hoc, quod filium suũ
Absalom exulem reuocaret.

Obsidente Iacob ciuitatem Abe 2.Re.20
lam, mulier sapiens taliter locuta
est ei, & postea populo ciuitatis,
quod ille cum totius patriæ utilita
te ab obsidione recessit. 3.Re.1.1

Bathsaba mater Salomonis, sa-
pienter uerbum proposuit coram
rege Dauid, ut filius Salomõ post
illum regnare deberet.

Duarum mulierũ coram Salo 3.Re.3.
mone contendentium, illa pruden
ter & pie respondit, quæ dixit, Ob
secro te domine, dato illi infan-
tem uiuum.

Magna sapientia fuit in regina 3.Re.10
Saba, quod ipsa uenit audire sapiẽ
tiam Salomonis.

Mulier Sunamitis hospita Elisei 4 Re.22
prudenter adhæsit ei, nec uoluit
eum dimittere propter Gihezi,

donec eius filium suscitasset.

Holda prophetes uxor Sellum,
4.Re.22 Iosiã regẽ confortauit. Populo mala uentura propter eorum pctã dixit.

Tob.3. Sara filia Raguelis discrete & deuote orauit dominum, ut liberaret eam de improperio, quod audierat ab ancilla.

Iudit ab 8. usq; ad finem li. Miram prudentiam & constantiam ostendit Iudith alloquẽdo populum, & decipiẽdo Holofernem tam potentem tyrannum.

Esth. 7. Esther cum magna cautela fecit petitionẽ suam, postquam regem ad prandium inuitauerat, & ille uino incaluerat.

Luc. 1. Elisabeth mater Ioannis Baptistæ discrete cognouit aduentũ beatæ uirginis, & ipsam matrem domini nominauit.

Tam tacendo, quam loquendo patet beatam uirginem Mariam mirabiliter fuisse prudentem. Ta-

cendo quidem, quia pauca uerba dixisse inuenitur. Locuta est cum angelo discrete quærẽdo, & discretius acquiescendo. Quomodo fiet istud? Item, Ecce ancilla domini. Item cum sancta Elisabeth ipsam salutando. Et nota, quod post laudes magnas, quas Elisabeth illi dixit, nihil ei directe respondit, sed ad laudandum dominum se conuertit dicens, Magnificat anima mea dominum &c.

Item locuta fuit cum filio, ipm̃ dulciter interrogãdo. Fili, quid fecisti nobis sic? &c. Et pro uerecundis pauperibus deprecando, Vinũ non habent, ait. Ioan. 2.

Maria Magdalena ualde prudẽter agebat in eo, quod ad pedes domini se ponebat. Ad pedes enim domini impetrauit ueniam pro se, uitam pro fratre, audiebatq; diuinam sapientiam, Lucæ, 10. Et exhi Luc. 7. Ioan. 11 Mat. 28 &. 27.

buit Christo deuotam reuerentiā.

Vxor Pilati, dum locuta est ei: & si Pilatus credidisset, prudenter egisset.

De pietate & cōpassione mulierū. Cap. CXXV.

Gen. 24. Rebecca uidēs seruum Abrahæ, hominem peregrinum & bibere petentem, sine mora respōdit, Bibe domine mi, quin & Camelis tuis hauriam aquam donec cuncti bibant.

Exod. 8. Timuerunt obstetrices deum, & non fecerunt uixta præceptum regis AEgypti, sed conseruabant mares.

Exod. 2. Ceritens filia Pharaonis uagiētem puerum, miserta est, & ait, De infantibus Hebræorum est hic: & faciens eum nutriri, in filium adoptauit.

Iosue. 2. Raab meretrix audiens exploratores Iosue ad mortem quæri, com

passa est eis, & ipsos abscondens liberauit, & sanos remisit.

Nuncij euntes ad Dauid, absconditi fuerunt in puteo & saluati per mulierem, quæ posuit uelamen super os putei, & eos qui quærebant delusit. 2.Re.17

Duarum mulierum coram Salomone contendentium, illa pium cor habuit, quæ liti cedere uoluit, cuius uiscera super filium commota fuerunt. 3.Re.3.

Vidua mulier Sareptana fuit hospita Heliæ prophetæ, & apud illã sustentabatur. 3.Re.17

Mulier Sunamitis induxit uirũ suum ad hoc, ut fieret in domo sua Eliseo locus aptus ad manendum. 4.Re.4.

Cum occideret Athalia omne semen regium, Iosaba filia regis Ioram, tulit Ioas unũ de filijs regis, et abscondens saluauit eum. 4.Re.11.

Compatiens populo morti ad- Esth.4.

dicto Eſther, magno ſe expoſuit periculo, & apud Ahaſuerum Iudæorum liberationem & ſublimationem obtinuit.

Ioan. 2. Pietas btē uirginis Mariæ multum apparet in hoc, quod ad pauperes nuptias ire uoluit: & deficiēte uino nō requiſita ab aliquo, ſed ſponte uerecundorum pauperum aduocata, dixit filio: Vinum nō habent. Per hoc etiā poteſt innui largitas eius magna: quia quū a Magis aurum, thus, & myrrham, quę obtulerant recepiſſet, paulo poſt in purificatione ſua non potuit habere agnum quem offerret. Supponēdum eſt, quod illa munera pauperibus erogauerat.

Ioan. 12. Ambulans per mundum Saluator mūdi, in domo Marthæ, & Mariæ ſpecialius hoſpitium legitur habuiſſe.

Mat. 15. Mulier illa Chananæa, miſeriā

filiæ suæ propriam reputabat, dicens: Miserere mei dñe fili Dauid filia mea male a dęmonio uexatur.

Mulieres ministrauerunt domino prædicanti & per castella & ciuitates eunti. Luc.8

Astiterunt patienti, & sequebantur dum ad crucem duceretur ab apostolis derelictum. Luc.16.

Item studiose obsequi uoluerũt ei in sepulchro iacenti. Matth.28. Lucæ.23. Ioan.19 Mar.16. Ioan.20

Prætulit dominus duo æra minuta pauperculæ uiduæ, quæ misit in Gazophylacium, muneribus diuitum. Quia, scilicet, illa de eo quod erat intantum ei dederat: & quia plus ponderat dominus mentis pietatem, quam muneris quantitatem. Luc.21.

Blasphemantibus miracula domini scribis & pharisæis, mulier quædam deuote audiẽs uerba eius Luc.21.

extulit uocem, dicens: Beatus uẽ
ter qui te portauit.

Mat. 27 Vxor Pilati magis conata fuit impedire dominicam passionem & iniustã affectionem ipsius quã aliquis homo, de quo scriptura testatur.

1. Cor. 9 Innuit apostolus Corinthijs, ꝑ quod aliqui apostoli prætendebãt mulieres sorores circũducere eis, scilicet, necessaria ministranda.

Act. 9. Propter opera pietatis & eleemosynas quas Thabita uiduis faciebat, rogauerunt flentes Petrum, ut ad defunctam ueniret. Et motus lachrymis eorum Petrus ponens genua, orauit, & eam suscitauit.

Act. 12. Exiens de carcere Herodis Petrus, uenit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominat̃ Marcus, ubi erant multi cõgregati orãtes. Per hoc patet, piam fuisse & bonam mulierem, & hospitam disci-

pulorum domini. Act. 16.
Quędam mulier purpuraria no
mine Lydia credens ad predicatio
nem Pauli, & baptizata cum do-
mo sua, deprecata est, dicens: Si iu-
dicasti me fidelē domino meo es-
se, intrate domum meam & mane
te. Et coegit nos, ait Lucas. Vbi ēt
satis innuit, quod mulieres prom-
pte & deuote audiunt uerbum dei.

De fortitudine mulierum. Cap. CXXVI.

BArach filius Abinoā noluit du Iud i. 4.
cere exercitum contra Sisarā,
nisi Delbora uxor Lapidoth iret
cum eo, quæ dixit, Ibo quidem te-
cum, sed in hac uice uictoria nō re
putabitur tibi, quia in manu fœmi
næ tradetur Sisara.

Dixit Booz ad Ruth, quæ reli- Ruth. 3.
querat patriam & deos suos, Scit
communis populus, qui habitat in
ter portas urbis, mulierem te esse

uirtutis.

1.Re.19 Viriliter saluauit Dauid uirum suum Michol, cum quæreretur ad mortem a Saule patre suo.

1.Re.25 Quum uidisset Abigail uirum suum Nabal dure respondisse nuncijs Dauid, festinauit, & tulit diuersa xenia, & Dauid iratum placauit.

Tob. 5. Grauem contumeliam ab ancilla prolatam, ualde patienter tulit Sara filia Raguelis, nec ei quid respondit. Sed ad orationem se conuertit.

Esth.5. Esther regina exposuit se periculo moriendi pro liberatione populi sui, quando nõ uocata, ad regem ire præsumpsit.

2.Ma.7 Supra modum mater mirabilis, quæ pereuntes septem filios sub unius diei tempore conspiciēs, bono animo ferebat, & fœmineæ cogitationi masculinum animum in

ferebat.

Fortissima fuit beata uirgo Maria in continendo gaudium quod habuit de filij conceptione, natiuitate, Magorũ adoratione, & ipsius educatione, prædicatione, miraculorum operatione, resurrectione. Rursum sustinẽdo dolorem quem passa fuit in ipsius filij passione. Ioan. 20

Valde fuit mirabile de audacia Mariæ Magdalenæ, quæ passioni dñi affuit, & toties ad sepulchrum domini uenit: recedentibus etiam discipulis dilectissimis, non recedebat, sed stans ibidem plorabat. Ipsam etiam nimis audacem faciebat amor, quum dicebat, Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi.

De auiditate mulierum. Cap. CXXVII.

PRima mulier uidit lignum pulchrum et delectabile, et statim Gene. 3. sequitur, quod sine delibera-

tione tulit de fructu illius & co-
medit.

Gen. 16 Sara licet esset bona, tamen ita
desiderabat habere filios, qđ prius
uoluit habere de ancilla filium, in-
gẽs, Ingredere ad ancillã meã &c.

Gen. 24 Interrogata Rebecca, an uellet
ire cum famulo Abrahæ, continuo
respondit, Vadam. Non dixit, uolo
ire, si placet uobis, uel huiusmodi.

Gen. 19 Filiæ Loth potius uoluerunt de
patre liberos suscipere, quam sine
liberis permanere.

Gen. 30 Cernens Rachel quod infœcun
da esset, inuidit sorori & ait marito
suo, Da mihi liberos, alioquin mo
riar.

Gen. 34 Dyna cupiens uidere mulieres
regionis illius, uisa fuit a quodam
uiro, Sichem uidelicet, & oppressa
est ab eo. Quid ergo de illis, quæ
uolunt uidere uiros, & uideri ab
eis? Non est mirum &c.

Domina, cui seruiebat Ioseph, Gen. 39
nō expectabat quod solicitaretur
ab eo, sed ipsum nimis procaciter
requisiuit.
Axa filia Caleph, obtinuit a pa- Iosue. 15
tre terram irriguam: Quia, scilicet,
eam instanter suspirando petiuit.
Tantū istitit uxor Sanson apud
eum quod ipse dixit ei propositio- Iudi. 14
nem obscuram, quam parentibus
noluerat indicare. At illa statim re
uelauit amicis suis, quanquam es-
set in damnum uiri sui.
Dalida per importunitatem efi- Iud. 16.
cit, ut Sanson diceret, in quo eius
fortitudo maxime consistebat.
Anna mater Samuelis præ desi- 1. Re. 1.
derio habēdi liberos flebat, & non
capiebat cibos.
Multum desiderabat habere fi- 3. Re. 3.
lium illa quæ rapuit alienum.
Ita concupiuit Iezabel uineam 3. Re. 21
Naboth tradere uiro suo, qđ pro-

ducens falsos testes: id nequiter procurauit: & fecit Naboth crudeliter lapidari.

4, Re. 4. Quum uellet ire Sunamitis ad Eliseum, & uir eius non plenarie consentiret, respondit illa, Vadam: statimque strauit illam asinam & praecepit puero in uia. Propera ne mihi moram facias in eũdo, & hoc age quod praecipio tibi.

4. Re. 11 Athalia mater Ochoziae regis cõcupiscens regnare super terram, interfecit omne semen regium, excepto Ioas infantulo, qui furtim absconditus fuit.

Tob. 10 Anna uxor Tobiae circunspiciebat quotidie & circumibat uias, per quas spes redeundi uidebatur, ut si posset procul uidere filium uenientem.

Esth. 9. Esther non fuit contenta ex eo, quod rex dederat ei domũ Aman, & quod occiderãt sola ciuitate Su-

ſis quingentos uiros ſed etiam in craſtino fecit trecentos occidi.

Mulier Chananæa ſanitatem fi- Mat.15.
liæ obtinuit precibus importunis.

Mater filiorum Zebedæi, nō ex Mat.20.
pectauit, quod dominus remunearet filios ſecundum excellentiam meritorum, ſed petijt ante tempus unum poni ad dexteram domini in regno ſuo, & alium ad ſiniſtram.

Puella nomine Rhode intelligēs Act.12.
Petrum pulſare ad ianuā, præ gaudio non aperuit, ſed dimittens illū foras, cucurrit & introſtantibus nunciauit.

Herodias inſidiabatur Ioāni ba Mat.14
ptiſtæ, tātoq; odio inſidiabatur ei, q; n agis elegit filiam ſuam petere corpus ipſius, q̄ dimidiam partem regni Herodis.

Ponit dominus exemplum ui- Luc.18.
duæ, quæ ita fuit moleſta iudici,

deum etiã non timenti, ut tandem ipsã a suo aduersario uindicauerit.

De Fallacijs mulierum. Cap. CXXVIII.

Gen. 13. Occasione Euæ deceptus est Adam: licet nõ fuit seductus in eo, in quo Eua fuit seducta, sed cum de ligno uetito, Eua suadente, comedit.

Gen. 18 Sara risit, audita promissione et conceptione filij: Redarguta autẽ a domino eius diffidentia, se ipsam mendaciter excusauit.

Gen. 19 Duæ filiæ Loth uolentes ex patre suo concipere, cum uerbis eum fortassis ad hoc inducere non auderent, mediãte uino propositum peregerũt. Bene ergo alium hominem decepissent, quando nec patri proprio pepercerunt.

[G]en. 31 Rachel patrem proprium quærentem idola sua, pulchra adinuentione delusit.

Domina Ioſeph, ipſum apud ui- Gen. 39
rum ſuum nequiter accuſauit, ut ſe
ipſam mendaciter excuſaret, & de-
inceps apud uirum ſuū de ipſo Io-
ſeph ſe impijſſime uindicauit.

Obſtetrices Hebræorum licet Exod
piam intentionem habuerint, in re-
ſeruatione puerorum, tamen Pha-
raonem regem Aegypti adinuen-
tione mendacij fefellerunt. Nu. 7.

Mulieres Moabitæ filios Iſrael
deceperunt, contra quos Balaā Ha
riolus cum omnibus magicis ar-
tibus ſuis nihil potuerat operari.

Raab meretrix abſcondit explo- Ioſue. 2
ratores Ioſue, & eos qui quærebāt
eos fecit currere uſq; ad uada Ior-
danis, dicens: Quod exierint clau-
ſa porta.

Egreſſa Iahel in occurſum Sira- Iudi. 4.
ræ, dixit ad eum, Intra ad me, do-
mine mi, ne timeas. Et poſtremo
illum dormientem occidit.

Iudi.14. Vxor Sansonis fundens apud eũ lachrymas, dicebat: Odisti me, iccirco problema non uis mihi exponere: tamen illi in damnum proprium reuelauit.

Iudi.16 Dalida molesta fuit Sansoni iugiter, per multos dies spatium ad quietem non tribuens: defecit anima eius, & ad mortem usq; lassata est. Tunc uictus fortissimus Sanson, stulte aperuit ei totum.

1.Re.19 Michol intelligẽs, quod Saul pater suus quæreret Dauid uirũ suũ ad mortẽ, fecit eum fugere, & posuit simulachrum super lectum eius.

2.Re.17. Viri qui nunciare debebant Dauid statum Absalon, fuerunt positi in puteo, & mulier quædam ponẽs uelamen super os putei, quasi siccans ptisanas, ipsos recessisse mentita est.

Iudit.10 Fefellit Holofernem Iudith, a fa

cie cuius terra tremere uidebatur, quanuis optima intentione.

Herodes metuebat Ioannem Baptistam, sciens eum uirum iustum. Et tamen Herodias intantum laborauit, quod fecit eum in carcere decollari. Mar. 6.

Saphira uxor & Ananias mentitus fuit Petro de agri pretio. Sed illud mendacium fuit per Petrũ grauissime punitum. Act. 5.

De mulierum stultiloquio.

Cap. CXXIX.

EVa primo legitur loquuta fuisse cum serpente, quam cum deo adorando, uel cum uiro suo ad aliquam eruditionem percipiendam. Gen. 3.

Promittente domino quod Sara esset filium paritura, & primo illa risisset præ diffidentia, negauit postea se risisse. Gen. 18.

Cernens Rachel quod infœcun Gen 30

da esset, ait marito suo, Da mihi liberos, alioquin moriar. Quasi esset in ipsius Iacob potestate, de sterili fœcundam facere.

Iudi. 14. Vxor Sansonis statim ut sciuit propositionem obscuram uiri sui, indicauit ciuibus suis in damnum mariti sui.

Iudi. 16 Quum uidisset Dalida, qd' Sanson confessus esset ei omnem animum suum quomodo fortitudinẽ amittere posset, inimicos illius uocauit, & statim eis reuelauit.

Quia Dauid præ magna deuo-
2. Re. 4 tione saltauerat coram arca domini, Michol filia Saul, ironice dixit ei. O quã gloriosus fuit hodie rex Israel.

Tob. 2. Quum dixisset Tobias de hœdo, Vide te ne furtiuus sit, Anna uxor eius irata respondit: Manifeste uana facta est spes tua.

Tob. 3. Sara filia Raguel increpante an

cillam

cillam iuſte, illa ĩpatienter & iniu-
rioſe rñdit: Amplius ex te non ui
deamus filiũ aut filiam ſup̱ terrã.

Quum contenderent duæ mu- 3. Re. 3.
lieres meretrices coram Salomo-
ne, illa ſtulte & nequiter loquuta
eſt, quę dixit de infante, Nec mihi,
nec tibi, ſed diuidatur.

Vxor Aman audiens quærimo Eſth. 5.
niam, quam uir faciebat de Mar-
dochæo, reſpondit, Iube parari ex
celſam trabẽ, ut appendatur in ea.

Sedente Iob in ſterquilinio, & Iob. 2.
ſaniem defluentem teſta radente,
dixit ei uxor ſua, Benedic domi-
no, & morere: ſed ille bene & di-
ſcrete reſpondit, Quaſi una de ſtul
tis mulieribus loquuta es.

Petitio matris filiorum Zebe- Mat. 20
dæi, non fuit a domino approba-
ta, quando dixit, Dic ut hi duo ſe-
deãt, un⁹ a dextris alter a ſiniſtris.

Ad uocem unius ancillæ, nega-

Mat. 2 uit Petrus dominum.
I oan. 4 Multa uerba, & simplicia dixit domino mulier Samaritana, anteq̃ impingeret in ueritatem.

De mulierũ ornatu superfluo.
Cap. CXXX.

Gen. 38 THamar nurus Iudæ filij Iacob, uolẽs socerum allicere, ut ex illo conciperet, depositis uiduitatis uestib⁹ ornauit se, & assumpsit teristrum.

Re. 9. Audito aduentu Iehu, qui occiderat Ioram regem israel, Iezabel depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum.

Iud. 16. Testatur Iudith, quod ornamenta quæ assumpsit deceperunt Holofernem. Induit enim se uestimento lætitiæ, unxit faciem suam unguento, colligauit cincinnos suos mitra ad decipiendum ipsum.

Esth. 2. De Esther legitur, Quod quando debuit intrare ad regẽ, non quæ

ſtuit muliebrem cultum ſicut facie
bant aliæ mulieres.

Comminando dicitur Eſai. Au- Eſai. 3.
feret dominus ornamēta calciamē-
torum, & lunulas, & torques, mo-
nilia, & armillas, & mitra, & diſcri
minalia, & multa alia ponit ibi.

Reprehenſibilem habitum ma- Prou. 7.
læ mulieris deſcribit Salomon, Cō
ſidero uecordem iuuenem. Occur-
rit illi mulier ornatu meretricio,
præparata ad capiēdas animas gar
rula & uaga, quietis impatiens.

Non ſine cauſa monet Sapiens, Eccle. 9.
quando ait. Auerte faciem tuam a
muliere compta. Mulier enim cō-
poſita & ornata, magis incitat ad
peccatum.

Mulierum nō ſit extrinſecus ca- 1. Pet. 3.
pillatura, aut circundatio auri, aut
ueſtium cultus &c.

De morte generali.
Cap. CXXXI.

Gen. 2. QVia uera est sententia dei, quã dixit homini, In quacunque hora comederitis ex eo, morte moriemini: Planũ est, quod statim post peccatum homo moritur. Vnde homo uiuẽs quasi continue moritur: secundum Augustinum lib. 4. de ciuitate dei.

Gen. 5. Cum tot annis uixerint homines ante diluuium, signanter tamẽ dicit scriptura post tempus descriptionis uitæ eorũ: Et mortuus est.

Si antiqui patres mortem timebant, & longam uitam optabant, non erat mirum. Nam ipsi non poterant adhuc in cœlum ascendere, nec diuina perfrui uisione, donec saluator aduenit qui aperuit ianuã Paradisi. Vnde sc̃tũs Loth admonitus est ab angelo, ut saluũ faceret se in mõte. Timuit ille ire, ne forte apprehẽderet eũ malũ & ibi moreret.

Nu. 23. Etiam mali optant bene morti.

Moriatur anima mea morte iusto-
rum, dixit Balaam.
Quãuis Moyses obedire nollet Deut. 4.
imperio domini, qui uoluit eum
transire Iordanem tamen satis ui-
detur, quod libenter plus uixisset,
si dominus uoluisset. Vnde ait, Ira
tus est dñs cõtra me: Ecce morior
in hac humo, nõ transibo iordanẽ.
Magna pars mercedis Mosaicę Deu. 22
legis in longa uita consistere uide
batur. Ponite corda uestra in om-
ni uerbo, quę ego testificor uobis,
quæ facientes, longo perseueretis
tempore in terra, ad quam ingre-
diemini possidendam.
Maluerunt Zebee & Salmana
occidi manu Gedeonis, strenui ui Iud. 8.
ri, quã manu Iether iuuẽis filij sui.
Noluit Dauid flere pro filio mor
tuo, qui fleuerat eo infirmo. 2. Re. 12.
Cum sederet Helias subter unã
iuniperum, petiuit animæ suæ ut 3. Re. 19

moreretur, & ait: Sufficit mi domi
ne, tolle animam meam.

Esai. 30. Ezechias rex Iuda ambulauit
coram domino in ueritate, & fuit
bonus, tamen quando nunciatum
fuit ei per Esaiam, quia mori debe
ret, orauit dominum fletu magno,
ut ad hoc ei uitam prolongaret.

Tob. 3. Tobias prouocatus audita re-
sponsione uxoris ingemuit, & cœ
pit orare cum lachrymis, dicens:
Iustus es domine, præcipe in pace
recipi animã meã. Expedit enim
mihi mori magis, quã uiuere. Se-
quitur. 4. Capite. Cum putaret ora
tionem suam exaudiri, uocauit fi-
lium suum: &c.

Eodem. Sara filia Raguelis accepta ab u-
na ancillarum graui contumelia,
orauit dominum, dixitq; inter ce
tera: Peto domine, ut de uinculo hu
ius improperij absoluas, aut certe
desuper terram eripias me.

Coram rege Sedechia proſtrauit Hieremias preces ſuas, ne interfice rent eum, & iuberet reduci eum in carcerem, in quo prius fuerat, ne moreretur. Hier. 38.

Poſt mortem crucis, quam Sal- uator uoluit ſuſtinere, oſtendit ma nifeſte, non ſolũ mori, ſed & quod cunq; gens mortis ab homine iu- ſto, pro diuina obedientia prõpte debere ſuſtineri. Mat. 29 Mat. 20.

Ante aduentũ ſpiritus ſancti ni- mis timuerunt mortem Apoſtoli, qui comprehenſo Domino, omnes eum reliquerunt: poſtquã uero fue- runt uirtute ex alto roborati, ducti coram principibus & tyrannis, fi- dutialiter loquebantur. Act. per totum.

Parum timebat, imo non time- bat mortẽ Paulus, qui dicebat: Nõ ſolum alligari, ſed & mori paratus ſum propter nomen domini Ieſu.

Idem, Si notum ſit iudæis, aut Act. 22.

dignum morte aliquid feci, nō recuso mori.

Aduertendum est aūt, quia plerūq; insidias deuitans iudæorū, de ciuitate in ciuitatē fugiebat: Non timore mortis hoc faciebat, sed quia furori malorum cedēs pluribus se utilem reseruabat.

De sepulturis. Cap. cxxij.

Gen. 23 CVm magna diligentia emit Abraham agrum, in quo uxorem mortuam sepeliuit.

Gen. 47 Noluit Iacob sepeliri cum malis hoībus ī ægypto, sed adiurauit Ioseph ut eum mortuū ad patrū suoꝝ sepulturā deferret. Hoc ipm repetijt post bn̄dictionē filioꝝ instāte morte sua: qđ Ioseph solicit⁹ adīpleuit.

Exo. 31. Exiens Moyses de Aegypto, tulit ossa Ioseph secum.

1. Re. 31 Commendauit Dauid multum
2. Re. 1 uiros Iabes Galaad, eo quod cadauera Saulis & filiorum eius reue-

renter tradiderant sepulturæ.

Pœna uiri dei, qui panem cōtra 3.Re.13
diuinum mandatū in domo mali
pphetę comedit fuit una, ꝙ nō fuit
sepultus in sepulchro patrū suoꝝ.

Iehu rex israel, qui fecerat occidi 4.Re.9.
Iezabel, fecit eam sepeliri, eo quod
fuit filia regis. To.1.2.

Commendatus est Tobias de
hoc, ꝙ cum periculo uitæ suæ cor-
pora occisorum rapiebat, & sepul-
turam eis solicitus exhibebat. Tob.4.

Prima admonitio iter illas salu-
bres, quas fecit tobias filio suo, fuit
đ sua et uxoris suę solicita sepultura

Iudæi accusatores impŋ Mene 2.Ma.4.
lai, fuerunt per iudicem iniquum
morte damnati; quamobrem Ty-
rŋ quoqꝫ indignati, erga sepulturā
eorum liberalissimi extiterunt.

Post prælium contra Gorgiam 2.Ma.12.
commissum uenit Iudas Macha-
bæus, ut corpora prostratorū tol-

leret, & cum parentibus sepeliret.

Discipuli beati Ioãnis Baptistę, audito quod decollatus erat ab Herode, uenerunt & tulerunt corpus eius, & sepelierunt eum.

Ioãn. 12 Apparet dominum Iesum, de sua sepultura curasse, per quod respondit Iudæ murmuranti de unguento, quod secũdum sententiam suã uenũdari debuisset. Sine (inq̃t) ut i diẽ sepulturæ meæ seruet illud.

Mat. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 20. Sepultus fuit dominus ꝑ Ioseph & Nicodemum, in sepulchro nouo exciso in petra, in quo nondũ quisquam positus fuerat.

Act. 8. Curauerunt uiri timorati a Iudæis lapidatum Stephanum, & fecerunt planctum magnũ super eũ.

De horrenda morte malorũ. Cap. CXXXIII.

Gen. 4. CAin, qui occidit fratrem suũ, occisus est a Lamech.

Gen. 19. Dominus pluit super Sodomã

& Gomorrham sulphur & ignem de cœlo, & subuertit quinque ciuitates, detestabili peccato fœtentes.

Sichem filius Emor, qui depressit Dynã filiã Iacob, ĩterfectus est a filijs Iacob, et oĩs ciuitatis popul⁹. Gen. 34.

Aquæ maris rubri cooperuerũt currus & equites cũctos exercitus Pharaonis, nec unus quidẽ remansit: Et quidem satis iuste, ut cuius cor nõ potuit emolliri, corpus eius in aquis totaliter mergeretur. Exo. 14.

Nadab & Abihu filij Aarõ, offerentes ignẽ alienum corã dño deuorati sunt ab igne dñi & mortui. Leui. 10

Præcepto domini filij Israel eduxerũt blasphemum extra castra, ac lapidibus obruerunt. Leui. 24

Chore, Dathã & Abyron, ac eorum complices Moysi rebellãtes, descenderunt uiui in infernũ, operti humo.

Alij etiam murmurantes, & di- Num. 16

uersa cõmittentes pctã, uarijs mortibus interierunt in deserto: ita qd de sexcentis milibus hominum pugnatorum, duo tantum terram promissionis intrauerunt.

Iosue. 7. Quoniam Achan tulit furtiue de anathemate Hiericho, lapidauit eum omnis israel, & cuncta quæ eius erant igne consumpta sunt.

Iudic. 4. Tulit Iahel uxor Abner Cinæi clauum tabernaculi, & defixit in cerebrum Sisaræ, qui soporẽ morti socians defecit, & mortuus est.

Iudic. 8. Si Zebee & Salmana seruassent fratres Gedeonis, pepercisset eis Gedeon: & quia eos occiderunt, et ipsi a Gedeone occisi fuerunt.

Iudic. 1. Cõprehenderunt filij israel Adõbezech cæsis summitatibus manuum eius ac pedum (& ita fecerat ipse. 70. regibus) adduxerunt in Hierusalem, & ibi mortuus est.

Iudi. 9. Vna mulier iaciens super caput

Abimelech fragmine molæ, confregit cerebrum eius: qui uocauit armigerũ suũ, & iussit se interfici: & reddidit ei dñs malũ qđ fecerat interficiẽs septuaginta fratres suos.

Cum audisset Heli Arcam domini esse captã, cecidit de sella retrorsum iuxta ostiũ, & fractis ceruicibus mortuus est. 1.Re.4.

Superbum Goliath & blasphemum, Dauid puer inermis non habens usum armarum, gladio illius proprio interfecit. 1.Re.17

Saul quadã iniqua inuidia motus & psecutus fuerat Dauid: Tandem arripuit gladium suũ irruens super eum & mortuus est. 1.Re.31

Primogenitus Dauid oppressit sororem suam Thamar, & paulopost occisus est, iubẽte Absalon fratre suo, cum comederet cum eo. 2.Re.13

Libidine dominandi Absalon multum afflixit patrem suum Da- 2.Re.18

uid, sed antequã assecutus esset propositum, suspensus fuit inter cœlum & terram.

2.Re.17 Videns Achitophel, quod non fuisset acceptum consilium suum quod dederat contra Dauid, abijt in domum suam & suspendio interijt.

2.Re.20 Seba filius Bochri cõcitauit populum contra Dauid, & fugiẽs in Abelem ciuitatem, ubi putabat habere refugium & auxilium, decapitatus fuit ibidem.

2.Reg.6 Adolescens, qui dixit se Saul occidisse, iubente Dauid occisus est, cum putabat prospera se nunciare.

2.Reg.4 Simile accidit duob⁹ latronib⁹ q caput Isboseth filij Saul tulerũt.

3.Reg.2 Quãuis Ioab fuisset miles strenuus & fidelis, quia tamen occidit duos uiros proditorie, iussus est occidi monente Salomone.

3.Re.22 Regi israel pessimo Hela, rebel

lauit Zambri contra dominum &
occidit eum, qui post septem dies
ingressus est regium thalamum, &
succendit se cum ipsa domo regia.

Vulneratus i bello Achab mor- Ibidem
tuus est uesperi, & linxerunt canes
sanguinem eius in eodem loco, in
quo linxerunt sanguinem Naboth,
qui dissimulante ipso Achab cum
euitare deberet & posset, lapidatus
& mortuus est.

Cum ascenderet Eliseus in ciui- 2.Reg.4
tatem Bethel, quidam pueri male
eruditi illudebant ei, egressiq; sunt
duo ursi, & dilacerauerunt ex eis
quadraginta duos pueros.

Vnus de duobus qui aderant cũ 4.Reg.7
rege israel, noluit credere uerbis
Elisei, futuram abundantiam præ-
dicentis, in crastino uero conculca
uit eum turba hominum, ad spolia
concurrentium, & mortuus est.

Benedab rex Syriæ, qui multa 4.Reg.8

mala intulit filijs israel, fuit demū
ab Asahel filio iugulatus.
4. Re. 9. Videns Iehu Iezabel impiam,
quæ fuerat multorum causa malo-
rum, iussit eam præcipitari deor-
sum, & fuit ita equorum ungulis
couculcata: quæ licet esset filia re-
gis, nō fuit tradita sepulturæ. Tan
tum enim caluaria capitis aderat.
4. Re. 11. Athalia mater Ochoziæ interfe
cit omne semen regium, ut posset
regnare super populum, et postmo
dum turpiter interfecta fuit, iussu
Ioiadæ sacerdotis.
4. Re. 12 Rex Iuda malus & īgratus Ioas,
qui fecit Zachariam filium Ioia-
dæ sacerdotis crudeliter lapidari,
postea interfectus est a seruis suis.
4. Re. 19 Rex Assyriorum Senacherib su
perbissimus, & in deum cœli bla-
sphemus, postquam de terra Iuda
confusus aufugti, a filijs suis inter
fectus fuit.

Sedechias

Sedechias rex Iuda malus apud deum & homines, comprehensus est fugiens: Ante cuius oculos rex Babylonis proprios filios fecit occidi, deinde exoculatus fuit & ductus in Babylonem, & ibidem miserabiliter mortuus. 4.Re.ul.

Multas terras cœpit & destruxit Holofernes, tandem dormiens inebriatus, per manum mulieris decapitatus fuit. Iudit.13

Superbissimus Aman, qui faciebat se ab hominibus adorari, suspensus est in patibulo, quod ipse parauerat Mardochæo. Esth.7.

Balthasar rex Babylonis, nõ est correctus per exemplũ Nabuchodonosor patris sui, qui ante eũ fuerat mutatus in bestiam. Et in conuiuio uidit scripturam in pariete. Mane, Thetel, Phares. Eadẽq; nocte interfectus est, & regnum eius ad Medos, & Persas translatum. Dan.3.5

Dan. 6. Accusatores Danielis, iubente Dario rege Persarum, missi sunt in lacum leonum & a leonibus deuorati. Simile accidit Capite. 14.

1. Ma. 1. Postquam Alexander decidit in lectum, dicitur quod cognouit q̄a moreretur: quasi antea mortis memoriam seu notitiam non haberet.

1. Ma. 9. Percussus fuit Alchimus proditor, & dissolutus est paralypsi, nec ultra potuit loqui & mandare de domo sua: & mortuus est cum tormento magno.

2. Ma. 4. Contristatus rex Antiochus de hoc, quod Andronicus iniuste occiderat Oniam summum sacerdotem: occidi in eodē loco iussit Andronicum, in quo nimiam impietatem commiserat.

2. Ma. 7. Multis sacrilegijs a Lysimacho commissis in templo, congregata est multitudo aduersus eum, &

ipſum ſecus ærarium interfece-
runt.

Iaſon impius, qui fratrem pro- 2. Mac. 5
prium captiuauerat, & multos de
patria ſua expulerat peregre periјt:
& inſepultus, & illamentatus abie
ctus fuit.

Antiochus, qui multorum tor- 2. Ma. 9
ſerat uiſcera, paſſus durum dolorẽ
uiſcerum, miſerabili obitu in mon
tibus uita defunctus eſt.

Menelaus, qui malitioſe obti- 2 Ma. 13
nuit modico tempore principatũ,
de alta turri fuit præcipitatus in ag
geſtum cineris.

Homo ille diues, cuius ager ube Luc. 12.
res fructus attulit, cum cogitaret
deſtruere horrea ſua & facere ma-
iora, plus credebat habere de uita:
Ait autem illi dominus, Stulte, hac
nocte peribis.

Terribile eſt ualde illud exem-
plum de diuite famoſo, epuloſo

De generali morte malorum.

qui mortuus eſt & ſepultus, atque in infernum delatus.

Ananias & uxor eius Saphira, quia fraudauerunt de pretio agri uenditi, ad increpationẽ Petri terribiliter expirarunt.

Act. 12. Herodes ſedens pro tribunali, & ueſtitus ueſte regali concionabatur ad populum; Populus autẽ acclamabat, Dei uoces, & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum angelus domini, eo quod nõ dediſſet honorem deo. Et conſumptus a uermibus expirauit.

De pretioſa morte iuſtorum. Cap. CXXXIIII. & Vltimo.

Gen. 4. CVm eſſent ĩ agro Cain & Abel, conſurrexit Cain aduerſus Abel, & interfecit eum. Rationem tangit Ioannes, Quoniã opera ipſius mala erant, fratris autem iuſta.

Ambulauit Enoch cum deo, & non apparuit, quia tulit eum deus. Gen. 5.

Mortuus Abraham in senectute bona, prouectæq; ætatis & plenus dierum, congregatusq; est ad populum suum. Gen. 25.

Completi sunt dies Isaac. 180. annorum, cõsumptusq; ætate mortuus est, & appositus populo suo senex & plenus dierum. Gen. 35.

Iacob finitis mandatis, quibus filios ĩstruebat, collegit pedes suos super lectulum suum & obijt, & appositus est ad populum suum. Gen. 49.

Cum adiurasset Ioseph fratres suos, atque dixisset, Deus uisitabit uos, asportate uobiscum ossa mea de loco isto, &c. mortuus est. Gen. 50.

Ascenderunt Moyses & Aaron iuxta mandatum domini in montem hor, corã omni multitudine. Nu. 20. Cumq; Aaron expoliasset se uestibus suis, induit eis Eleazarum, &

mortuus eſt ibi Aaron.

Deut. 34 Mortuus eſt Moyſes ſeruus domini in terra Moab, iubente domino, & ſepeliuit eum dominus, & non cognouit homo ſepulchrum eius uſque in præſentem diem.

1. Pa. 29 Dauid poſt inſtructionem filij ſui Salomonis & orationem, quã fecit ad dominum pro eo et pro toto populo, mortuus eſt in ſenectute bona, plenus dierum, & diuitijs, & gloria.

Cum pergerent ſimul Helias et

4. Reg. 2 Eliſeus, Ecce currus igneus: et equi igne idiuiſerunt utrunque, & aſcendit Helias per turbinem in cœlum.

2. Pa. 24 Spiritus domini induit Zachariam filium Ioiadæ, & dixit populo, Quare tranſgredimini præceptum domini? Quod uobis non proderit. Qui congregati aduerſus eum, miſerunt lapides iux-

tã regis imperium, & interfe-
ctus eſt.

Tobias in hora mortis ſuæ uoca- Tob.14
uit Tobiam filium ſuum & ſeptẽ
iuuenes nepotes ſuos & dixit eis,
Prope eſt iteritus meus. Et de filio
eius paulopoſt dicitur, Completis
annis octagintanouem in timo-
re domini, cum gaudio ſepelierunt
eum. Omnis autem cognatio eius,
&c.

Vixit Iob poſt flagella centum Iob. ult.
quadraginta annis, & uidit filios
filiorum uſq; ad quartam genera-
tionẽ & mortuus eſt ſenex & ple-
nus dierum.

Noluit Dauid flere pro filio in- 2.Re.12
nocẽte mortuo, qui fleuerat pro in- &.17.
firmo. Sed multum fleuit pro fra-
tricida & patricida Abſolon ſu-
ſpenſo.

Poſt inſtructionem & conforta 1. Ma.2.
tionem filiorum, Matathias bene-

dixit eos, & defunctus est & positus ad patres suos.

1. Ma. 9 Videns iudas Machabæus multitudinem hostium & paucitatem suorum, ait, Si appropinquauit tẽpus nostrum, moriamur in uirtute

2Ma. 16 propter fratres nostros.

Eleazarus post multa tormenta sibi illata, uita decessit. Vniuersæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum uirtutis & fortitudinis relinquens.

2. Ma. 7. Septem illi fratres cum pia matre sua, finem miro modo laudabilem fecerunt. Et possunt ibi notari multa uirtutis exempla.

Marc. 6. Pro ueritate & maritali hõestate, Ioãnes Baptista decollatus fuit ab

Luc. 16. Herode Tetrarcha.

De illo famoso paupere Lazaro, scriptum est, Factum est ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ,

Qualitercuuq; uixerit ille latro, Luc. 23
cui pendenti dixit Chriſtus, Hodie mecum eris in Paradiſo, feliciter mortuus eſt.

Cum lapidabatur beatus Stephanus, inuocabat dominum, & dicebat, Domine Ieſu, accipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus exclamauit uoce magna, dicens, Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatū. &c. Et cum hoc dixiſſet, obdormiuit in domino. Cui noſtram faciamus ſimilem. Act. 7. 8

Et Saluator noſter dominus Ieſus Chriſtus qui ſecundum Auguſtinum libro quarto de Trinitate, per ſingularem mortem ſuam, noſtram deſtruxit duplicem. Qui, ut ait idem Auguſtinus decimoquarto de ciuitate dei, Tantam fidei cōtulit gratiam, ut mortis (quam uitæ conſtat eſſe contrariam) inſtrumentum fieret, per quod tranſiretur ad uitam. Auguſt. lib. 4. de Trinitate. Et li. 14. de ciuita. dei.

De preciosa morte.

Quam nobis concedat ipse uerus author salutis æternæ. Qui est uia, ueritas, & uita. Qui uitæ & mortis habet imperium. Qui cum patre, & spiritu sancto uiuit & regnat deus, per interminabilia sæcula. Amen.

FINIS.

PP Eremitarum Camaldu:
lensium Montis Regij ppe Var:
saviam 1666

INDEX SERIEM capitulorum huius opusculi demonstrans.

CAP. FOL.

Indicis Primi Finis.

INDEX ALIVS ALphabetico ordine digestus, quo eo citius titulos quosuis offendat Lector.

Finis indicis Secundi.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNO
PQRSTVXYZ.

AABBCCDDEEFFGGHH
IIkkLLMMNNOOPP QQ
RRSSTTVVXXYYZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE.

Omnes ſunt quaterni.

VENETIIS
Apud Bernardum Giuntam.
M D LXX.